

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [1] - -

Leibn. Marg. 128

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover
Film Archive 1

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [2] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [3] - -

Isaac Arnold.
Becherer p. 829
p. 9 - de Ludovico Gundaki et Thuringiæ principatu
de Landgraviatibus et Comitatibus Wernigeburgensibus
p. 17
p. 24 palatini saxonici
p. 48 de Eberhardo Luitpoldo
p. 70 Sororis sui dotis Brunsvicensis mentio fit
Chron. Halberst. p. 95. qui ex Corbeiensi profuler
Cuno Nunneng Varim. 466. A. 1180 Kal. Aug.
Conrad. Fontan. Monach. Ursperg. ad h. a. et Chronic. Reinh.
Hist. Welfor. Gunz de Lutzelberg p. 68. 16. de Adonis
Historici varii p. 80
Ebrard ab Hamelmann breviar. Ed. Norib. 1686. 12 p. 86
Chron. Angelonis p. 117
Gesta Lotharii p. 119.
Vita Conr. p. 129. et alibi ibid
Die Wilte Frau a. 1753 pag. 127.

Sororem Agnetem; iam vero qui nunc Palatini ii suas sorores appellabantur. Vid. Meibom. ad Vit. Arnoldi. ita ut sororius sit sororis meæ maritus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [4] - -

1b

CHRONICON HÜXARIENSE

à

PETRO VISSELBECCIO

cœptum,

à

GREGORIO WITTEHENNE

usque ad AC. M. CCCCXCVIII.

continuatum,

cum additionibus

M. NICOLAI ERBENII,

notis verò illustratum & editum

à

CHRISTIANO FRANCISCO PAULLINI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [5] - -

CHRONICON
HÜXARIENSE
a
PETRO VISSELBECCIO
coeptum,
a
GREGORIO WIT-
TENNE
usque ad AC. M. CCCCXCVIII.
continuatum,
cum additionibus
M. NICOLAI ERBENII,
notis vero illustratum & editum
a
CHRISTIANO FRANCISCO PAULINI

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [6] - -

LECTORI MEO,
ANTIQUITATUM STUDIOSO,

Salutem in Domino ſempiternam.

MIrabere forſan, quô demum fato codex hic ad nôſtras pervenerit manus. Neminem enim vidi, qui ejus meminerit unquam. Ut animus eſt, eloquar, modò prius dixero, quis autor & continuator ejus fuerit. Duos autem reperi *Viſſelbeccios* ſynonymos, Hüxarienſes, cœtuſque Benedictini Monachos. Alter *Petrus*, ſeu ſenior, erat *Ottonis*, Mercatoris civisque Hüxarienſis F., Præpoſitus Monaſterii *Kaminadenſis* in ripa Viſurgis prope Bodonis Wertheram, (*a*) qui an. MCCCLXXIII. deceſſit; cui alter, ſeu junior, *Petrus* monumentum poſuit. (*b*) Hic, *Ottonis* iſtius ex filio *Cyriaco* nepos, autor chronici noſtri eſt. Natus in urbe anno MCCCXXXI. Spectatiſſimo Senatore, qui anno MCCCLXXIX. *hydrope* extinctus, ac *Anna Dilenburgia*, quæ anno MCCCLXXXIV. *dyſenteriâ* ſublata eſt. Ex patria ſchola literis bene tinctus abiit *Erfurtum*, Philoſophiæ & Theologiæ ſtrenuus cultor, linguæque græcæ haud ignarus. (*c*) Vitæ verò monaſticæ dulcedine captus vota lubenter nuncupâſſet in inclyto cœnobio ad amœnum *Amelungi* fontem Ord. Ciſtert., quod doctos & bonos tunc aluit viros, niſi Parentes, more

(*a*) *Letzner. hiſt. Lud. Pii ed. ſec. c. 70. p. 150. B.* (*b*) *ad ann. 1373.* (*c*) *ad ann. 1153.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [7] - -

more seculi, ab ipsâ pueritiâ parvulum suum S. *Benedicto* devovissent. Cui ut redderent, anno MCCCXLVIII. ductus est in Imperiale & antiquissimum Collegium Carolinum *Eresburgi* ad Dimolam, primum istud fundati Christianissimi in Saxonia hospitium, ubi sequente anno, ætatis suæ XVII. in ipso festo *S. Petri* inter Fratres Benedictinos receptus est. Vixit *pietati* & *doctrinæ* semper intentus, ut tandem à Superioribus suis S. Theol. Doctor in cœnobio isto constitueretur. Introit ergo sub *Tilemanno Delvvichio*, adolevit sub *Conrado Plettenbergio*, consenuit sub *Joanne Utschlachtio*, & decessit lentâ phthisi consumtus sub *Godofredo Sodero* anno MCCCXCV. Dominica Quasi modò geniti, (*d*) ætatis suæ LXIV. Quis verò *VVittebenne*? *Sebastiani*, etiam Senatoris & Patritii Hüxarienſis, (quem anno MCCCCLXV. à *catarrho* suffocatus est,) & *Martha Rottermundæ* (quæ anno MCCCCLXXII. obiit) Filius. Domi fideliter enutritus cœptam studiorum telam feliciter pertexuit *Moguntiæ* & *Coloniæ Obiorum*. Redditus patriæ integer, *Presbyteri* & *Canonici* dignitatem obtinuit anno MCCCCLXVII. ætatis XXVII. Mortuus anno MCCCCXCVIII. *malignâ pleuritide* ætat. LVIII. sacerdotii XXXI. Utraque familia semper clarissima fuit. *Emanuel Vesselbeec* fratri suo *Petro* monumentum posuit. (*e*) *Bartold. Visselbeec*, Patruus ejus, Canonicus S. Petri erat a. MCCLXXX. *Conrad. VVittebenne*, Art. Lib. M. & S. Th. Lic., Professor erat in antiqua Universitate Erfurtensi. *Cornelius*, Præpositus Schackensis, *Ezechiel* Pastor ad D. Kilian, *Theodorus* Past. ad S. Nicol. Hüxar., & M. *Caspar*, Gregorii nostri fratres, mortuus anno MCCCCLXXIII. nec non *Erasmus*, gradû Magisterii ornatus in alma Lovaniensi anno MDXLVIII. Viri eleganter docti. (*f*) A *Caspare Gregorio* chronicon *Visselbeecii* accepit. Continuavit hic illud ex variis regestris, diariis, literis, & collectaneis mona-

(*d*) *vid. ad h. a.* (*e*) *ad h. a.* (*f*) *ad h. a.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [8] - -

monasteriorum, aliorumq; civium, addens, quæ vel auditu, seu visu ipse acceperat. Industriam & fidem utriusque mecum probabis. Illam exhibuêre in colligendis variis non spernendis, miscentes ubique utile dulci. Sistunt enim bullas Summorum, aliorumque Pontificum, *Honorii* II. *Nicol.* IV. *Theodevvini*, Legati Apost. & *Ruffinæ* Eccles. Episcopi, *VVitiekindi*, Antistitis Mindens., *Adalogi* Hildesiensis, Patrum Ord. Cistert. in Synodo generali congregatorum; literas S. *Bernardi* ad Amelunxbornenses, *Herimanni* I. *Henrici* III. & *Theodorici* I. Corbeiensium. Illæ complectuntur licentiam struendi pontem super Visurgim: istæ *Florianæ de Selsen*, doctæ moniali, inscriptæ sunt: hæ varios concernunt annales, ut alias taceam, omnibus fortè invisas. Recitabunt benefactores templorum patriæ suæ, piæ gratæque memoriæ causâ, attexent subinde curiosa, exque secretiori Physica promta, ac sublimiori scrutinio digna: dabunt stupenda *omnia*, (g) *emblemata* & *somnia* memorabilia: (h) dicent tibi codices nunquam fortè visos. Et licèt pusilli quidam sint, bonæ tamen (quod ominamur) frugis pleni: (i) dabunt indicem FF. Corbeiensium ab *Adelgario* usque ad *Bodonem*: nomina sororum *Osbergæ* & in *valle Dei*: dabunt *nummos* curiosos: (k) dabunt historias insolitas & prorsus stupendas. (l) Si quæ leviora & ridicula aspersa sunt, illa tamen non modò amabilem simplicitatem, sed acutum quoque ingenium sale plenum spirant. (m) Nec *epitaphia* passim innexa, nec *versus*, nec misturam *rancidarum* vocum prudens fastidiet. *Illa* siquidem nervosa sunt: (n) *isti* satis interdum belli: (o) *Has* dubio sine, ùt in

(g) *ad ann.* 1400. 1459. 1362. 1378. 1315. 1322. *&c.* (h) 1426. 1518. 1153. (i) 1152. 1309. 1336. 1339. 1340. 1342. 1404. 1410. 1412. 1415. 1423. 1481. 1483. *&c.* (k) 1186. 1382. (l) 1178. 1190. 1197. 1386. 1460. *&c.* (m) 1401. 1402. 1438. (n) 1073. 1078. 1129. 1134. 1144. 1151. 1174. 1180 1204. 1334. 1349. 1367. 1395. 1434. 1445. 1463. 1470. 1472. 1498. 1514 (o) 1274. 1473. 1513. 1530.

vetuſtis membranis reperit, addidit & explicuit, non intellectas ſimpliciter ponens. Varietas hæc delectat. Nec *ſtilus* ingratus erit; cujus inæqualitatem facilè videbis. Modò enim arcum intendit, modò remiſit uterque. An *Erbenius*, expunctis durioribus vocibus, vel exeſis aut collutulatis nonnullis, uti fit, aptiores nitidioresque aliquando ſubſtituerit, divinare nequeo. *Candorem* virorum ex eo cognoſces, quòd vitia Ordinis & Cleri ſui, *luxum* putà, *ſocordiam*, *odium* &c. mordaci raſerint vero, & in colligendis ac ſervandis antiquitatibus ſeduli fidique fuerint. At quis, rogas, *Erbenius* fuit? etiam Hüxarienſis, Paſtor olim *Thallebienſis* prope *Franckenhuſam*, in Comitatu Schwartzburgico, per unum annum, deinde *Gichenburgenſis* in eodem Comitatu quinque annis, poſtea in patria ſua ſex annis ad *D. Kilian.*, cujus beneficio & liberalitate anno MDLXIV. Art. Lib. Mag. creatus eſt in illuſtri Univerſitate *Marburgenſi*: porrò Superintendens generalis *Alefeldiæ* in agro Brunſvicenſi ſex annis, præterea Paſtor *Crucisburgi* ad Vierram per triennium ferè. Demum *Erfurti* in æde Prædicatorum decem annis, ubi anno MDLXXXVII. in Domino obdormivit, ùt ex ſermone ejus funebri, à D. *Joh. Gallo* recitato, & excuſo per *Joannem Beckium* anno MDLXXXVII, latiùs vidi. Stilo & voce claruit Vir eruditus. Circa annum MDLXIII. veniſſe videtur *Hüxariam*. Symbolum defuncti, à ſe ipſo factum, hoc eſt:

Alta petant alii, ſint magni, & maxima ſpirent,
me Deus ex animo, quod velit, eſſe volo.
Sic quod me eſſe velis, ſum, vires, Chriſte miniſtra,
& quâ ſorte premor, ſors levis omnis erit.

Epitaphium ipſe ſibi ſcripſerat undecim ferè annis ante exceſſum *Crucisburgi*:

Erbenius *jaceo hîc ego carne: anima incolit aſtra:*
te docui, Chriſte, in te ſum confiſus, & alto
pecto-

pectore te ſemper faſſus, nequeo unde moriri,
luce etiam extrema renovatum corpus olympi
gaudia complebunt, tumulo recubo interim in iſto,
omnibus à curis tandem ærumniſq; ſolutus.

Alius ei hoc poſuit:

Erbenium *tandem Deus ad ſe traxit, agebat*
ventre tumeſcenti quem diuturnus hydrops.
Quò raperis mendax? non ejus ſacra volavit
per delubra nigræ *Spiritus inſtar* avis.
Ceu Chriſtum purè docuit, confeſſus enndem,
utq; fide ſemper non dubitante fuit.
Donec ad extremum vitæ (veriſſima narro)
momentum Præco candidus ille Dei.
Sic habet in celſo nunc præmia ſumma laboris,
Salvus parte ſui nobiliore, polo.
Grata ſed optatæ reficit ſub pondere tumbæ
omnibus ærumnis membra ſoluta quies.

D. G.

Cùm igitur defuncti *Erbenii* hæredes cum reculis ſuis *Crucisburgum* redirent, arva culturi paterna, parochus in vicinia circa exodum ſuperioris ſeculi codicem ab iis obtinuit, & ab hujus demum pronepote ego nuper, verùm à blattis muribuſque aliquando exeſum & ſordibus pollutum. Gaudeo tamen, me maximam ejus partem vindicâſſe ab interitu. Aſt ubi tamdiu delituit *Viſſelbeccius* cum ſociis ſuis? id tibi non dixero. Audiviſti, quantâ ſollicitudine autographum à poſſeſſore flagitarit *Franciſcus*, Abbas Corbeienſis, & quas ille obtenderit excuſationes, tradens ſecuritatis ergo Amico Hamelienſi. An poſtea Poſſeſſor, ſeu retentor (quicunque uterque fuerit,) obierit, bonusque cœnobita inter quisquilias & ſordes cubuerit, donec ab alio pro-

tra-

tractus & *Erbenio* datus sit, meræ conjecturæ sunt. Lege, mi Lector, & judica. Deus Te servet! *Ferrariæ* Thuringorum Anno post Christi natalem MDCXCVIII.

IN

CHRONICON HüXARIENSE,

LABORE & CANDORE

PAULLINIANO

Publici Juris factum.

E Ruit è tenebris, antiqua, jucunda, stupenda,
unio & ex omni stercore rara micat.
Gloria pro patria sit Visselbeccio, *honorem*
Erbenius *meruit cum* Witehenne *suum.*
Promsit, at illustravit, & edidit, atq; polivit
PAULLINI, *Docti, dextra fidesq;*, Viri,
Omne igitur punctum tulit, & feret ille, laborem
candoremque *suum candidus omnis amat.*
Fecit ab interitu exemtum candorque laborque,
martyrium hoc gratæ Posteritatis erit.
Mella fluant illi! semper quoniam utile dulci
miscet: mixturam hanc lectio lecta probat.
Nec! lapidem Sapientiæ habet: nam ex stercore perlas,
è blattis aurum *conficit ille bonum.*

Augustin. Schopf M.D.

CHRO-

CHRONICON HÜXORIENSE.

HUxori (a) ante *Karolum* M. villa erat regia, in qua, capto *Brunonis burgo*, (b) sanctissimum votum Deo redditurus Excellentissimus Imperator novam *Corbeiam* exædificare voluit. Intentio bona, licèt ob alia & alia supervenientia bella, gravamina & impedimenta non perduxerit ad optatum finem. Filius autem ejus *Luothevvicus*, quem, ob admirabilem sanctimoniam, *Pium* dicunt, ad solium promotus paternum, monasterium istud per *Adalardum*, virum valde devotum, erigi jussit. Qui tamen *Adalardus*, contra votum Karoli, non in villa *Hüxori*, sed in Sollingio sylva struxit. Deus autem voti Regis memor, gloriam suam non alibi quàm in villa *Hüxori* stabilire voluit. Ortâ igitur tempestate terribili, (c) & cùm locus non aptus esset pro sustentatione Fratrum, Deus etiam meliores nunc cogitationes inspirâsset cœnobitis, versùs *Hüxori* habitaculum suum transtulerunt ad Wisera anno Domini DCCCXXII. Sanctissimus locus gratiam mox reperit apud Deum & homines. Crevit religio

Hüxori villa

Corbeia in Sollingo

transfertur

(a) *Fabula Letzneri in hist. Ludovici Pii edit. sec. c. 67. p. 144. de urbe nostra ab uxore Karoli M. olim* üxor *dicta* Hüxori *dudum vocabatur* Hüxori, *antequam vel Karolus, seu conjux ejus, hûc veniret*, (b) *quo de latiùs Monumenta Padebornensia utriusq; editionis.* (c) *Anno 819. vel seq. Vid. Letzner. hist. Ludovici citat. c. 13. p. 44. 3. & edit. prim. c. 5. nec non chronic. Dassel. L. VIII. c. 4.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [13] - 1

ligio cum ſtructura, creverunt opes & benedictiones divinæ.

Schola SCHOLA hæc per multos annos *Palladium & ornamentum totius Saxoniæ* erat, (*d*) in qua *docentes* & *diſcentes* SOLI DEO & bonis Artibus ac ſcientiis operam dabant diu noctuque. Animus tripudiat, ſi tempora iſta recolo, quæ omni ex parte fuerunt beata ob pietatem, doctrinam, & incredibilem ardorem populos infideles convertendi. Hinc factum eſt, ut advenæ & indigenæ undique confluerent laudabili monachorum devotione allecti. Diſperſa

Ædificia erant ædificia, uti fit in villis, auctâ verò incolarum copiâ, ſpatia occupabantur omnia pro ædificiis, (*e*) quæ quotidie creſcebant numero, pulcritudine & amplitudine, cunprimis poſt acceptum è Francia S. Viti corpus, (*f*) quod *Corbeijam* per totum orbem fecit inclytam, Reges & Principes devotionis causâ hûc properabant, obque remedium animæ

(d) *Vide ſis Dn. Winckelmann. notit hiſt. polit. veter. Saxon. L. III. c. 7. p. 443. Erat aliquot ſeculis non tantùm* princeps utriusque Saxoniæ, *Meibom. in præfatione annal. Wittechindi*, diverſorium & habitaculum doctorum piorumque Virorum, *Letzner in hiſt. cit. c. 25. ſed etiam* miraculum Imperii, *Bucelin. in aquila Imperii Benedictin. p. 205.* (e) *Monaſterium Corbeienſe quondam à civitate ejuſdem nominis circundatum fuiſſe, conſtans rumor eſt. Fidem rei faciunt foſſæ, via lapidibus ſtratæ, plateæ &c. quarum veſtigia paucis abhinc annis ſuperabant. Cùm igitur Karolus in villa* Hüxori *conſtrui juſſerit, utique ædibus vel agellus aliquis, ſeu horti ampliores, aut areæ annexi fuerint, ut ferè ad cœnobium uſque repſerint ædificia, à novis civibus ſubinde aucta & amplificata. ipſaque monaſterii eccleſia in umbilico ferè urbis verticem extulerit ſuum, ejusque denominatio poſtea à cœnobio, ceu potiori, facta fuerit. Aſſidua gentium converſio, ſchola præclarè conſtituta, peregrinationes more ſeculi religiosè ſuſceptæ abs Impp. & Principibus, Viri piè docti &c. magnam certè autoritatem & venerabile nomen adi huic afflaverint. In lit. anno 1360. adhuc fit mentio* Corbeiæ quondam oppidi. *Exuſta verò toties Corbeiâ anno 999. 1009 1026. 1030. 1032. 1040 1046. 1070. ſubſequentibus aliquando magnis inundationibus, homines loci iſtius pertæſi domicilia ſua longiùs à monaſterio tranſtulêre, arctiùs ſe complectentes, donec faciem civitatis villa Hüxori induceret.* (f) *Vid. diſſ. m. hiſtor. V.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [14] - 2

mæ quisque ampliſſima munera conferebat. Imò vix fuit colonus opulentus, qui non aliquid ad ſuſtentationem fratrum, ſeu ornamenta Eccleſiæ, ob honorem & patrocinium *S. Viti* contribuiſſet. Sed intra limites *Hüxori:* quæ patria mea, manſurus, acta & facta ejus memorabilia, proutà Majoribus noſtris accepi, vel ipſe audivi & indagavi, breviter annotabo.

Eſt communis fama, ſub *Sarichone* (g) nomen & ſpeciem civitatis accepiſſe *Hüxori.* Tempora iſta variè ominoſa erant; infans in utero flens ſanguinem ſudavit, (h) & *Adelebertus*, Epiſcopus Bremenſis, viſque doloſque ad ſe traxerat omnem *Corbeijam.* Ingens adulationis & malitiæ Epiſcopalis præmium. (i) *Saricho* profectò *Hüxori* privilegia & emunitates dedit, quas Univerſitas nuper ſpecialiter laudavit, dicens publice: *origo Hüxaria & omina* *Saricho*

Cùm conſtet, villam olim *Hüxori* à *Sarachone*, religioſo Patre, accepiſſe privilegia, in *magno colloquio Corbegienſi* (k) confirmata & aucta, memoria ejus apud nos in benedictione erit. Ipſe ex aliis locis conſcripſit cives, qui in hac ripa *VViſuræ* domicilia ſibi facerent, adjutor omnium 1073. *dat privilegia*

(g) *erat Abbas XIX. qui ab anno 1058. ad 1071. vel 1073. à nonnullis ſediſſe dicitur.* (h) Cœcilia Faülin, *robuſta mulier, in villa, nunc* Brenkhuſen *dicta, audiit puellam in utero ſuo vagientem, quæ in lucem prodiens ſanguinem ſudâſſe fertur. Inde alii ſiniſtra auguria & fatale* Hüxariæ *excidium derivant. At vide* Brev. rer. memorabil. Iſibordi Amelunxii ad ann. 1077. *in faſcic. obſervat. Med. Phyſ. II. Decur. II. Eph. Curioſ. German. ann. VI. annex. num.* 37. (i) *Quâ fraude* Adelbertus, *Archi-Epiſcopus Bremenſis, Henrico puero extorſerit Corheiam, latiſſimè narrant Lambert. Schafnaburg. ad ann. 1063. & chron. Lauriſhamenſ. T. I. rer. German. Scriptor. Freher. p.* 77. *Conf. Serar. L. V. rer. Mogunt. p.* 742. *&* 751. *tabulas verò donationis* Henricianæ *dabit Mader in ſylloge vet. aliquot diplomat. Ad. Bremenſ. annex. num.* 16. (k) *anno* 1073. *Vid. Lambert. Schafnaburg. ad h. ann.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [15] - 3

bonorum operum. Dedit *ligna, lapides, cæmentum, & alia materialia, quibus abundabat ipse.* Placebat omnibus *fluvius*, qui merces portat ad exteros, etiam *agri fertilitas* plures allexit. Sed bonus *Saracho* incidit in mala tempora, & morte præveniente non potuit, quæ voluit, consummare. Successores autem ejus, *VVicpoldus* cunprimis, securiora tempora spectantes *ad fastigium civitatis* perduxerunt, *ut cum vicinia certare valeat.* Tumbæ suæ ipse inscribi mandavit.

epitaph. Sarichonis

Saricho, indignus Monachus SS. Stephani & Viti, in eorum æde pavi gregem à Deo mihi commissum, secundum gratiam ejus. Pro mercede omnium laborum & curarum mearum, præter hunc in obscuro angulum, nihil postulo amplius. Qui memineris mei, ora pro me.

status veteris Hüxaria,

Transferebant igitur multæ familiæ seque suosque in urbem, ut intra paucorum annorum decursum ampla & spectabilis facta fuerit civitas. Cùmque locus idoneus videretur, fossis, muris & turribus eum muniverunt posteri. Pax erat intra muros & extra, & concordia optata inter monasterium & civitatem. Incolæ erant probi, fortes, & diligentes, Senatus prudens, religio sincera. Testimonium hujus rei dabit primarium & antiquissimum templum S. *Chiliani*, in quo multæ Vicariæ & instructa bibliotheca est, à vicinis nobilibus & civibus comparata & dotata, etiam schola bene ordinata. Fundamentum templi hujus jacturi primùm viderunt *noctuam* in palo sedentem, *vigilantiæ pastoralis* emblema. (*k*) Anno MLXXVI. desiit

noctua ominosa

(k) Noctua *non semper malum omen est. Memorante Hesychio, ante pugnam prætervolans* victoriæ *nuncia erat. Et Scholiastes Aristophanis refert, Atheniensibus olim cum barbaris bellum gerentibus, per exercitum eorum volâsse, &* victoriam *prasagiisse. Hinc proverbium :* γλαὺξ ἵπταται, *vel* ἵπτατο : *noctua volat, seu volabit, cùm fusos hostes &* victoriam *subsequentem indicabant.* Hieroni,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [16] - 4

deſiit *Immadus*, pius Epiſcopus Pathabrunnenſis, cui Deus propitius eſſe velit. *Immadi mors* 1076. Anno MLXXVIII. *VVernherus*, Zeloſus pater, pro remiſſione criminum ſuorum, elegantem *baſilicam* (*l*) in monte ſancto propè Ovenhuſium, jn honorem S. Archangeli *Michaëlis*, Patroni ſui, conſtruxit & dotavit. *Hüxori* pro liberalitate ſua D. numos argenteos dedit. (*m*) Sœpius veniebat in urbem ſpectaturus, quid ibi ageretur. Semper autem hilarior diſceſſit, cùm omnia cerneret feliciter agi. Ultimô Prælaturæ ſuæ anno, in carnationis Dominicæ MLXXIX. maleficus quidam è vicinia ob furta & homicidia in vincula compactus, & tandem à Senatu ad locum ſupplicii tractus, literas miſit Abbati, tunc fortè in urbe moranti, rogans, ut intercederet pro eo. *VVernherus* 1078. *juſtitiæ cultor*

VVernherus verò lectis literis ſubſcripſit: *puniatur secundùm juſtitiam veſtram*, easque Senatui remiſit. Placidi ingenii homo erat, at juſtitiæ cultor. Hinc ubique in dominio ſuo furcas, rotas, & patibula erigi juſſit, dicens proverbialiter: *torquet bonos, parcens malis.* Et utinam diutius rexiſſet laudabilis Pater, ſub quo *Hüxori* egregiè adolevit. Epitaphium ejus hoc: *epitaphium.* *VVernherus immortalitatis ſuæ impedimenta in hac cripta condidit. Quæ fecerit, dum potuit, ipſe nunc dijudicat, cujus judicia juſta ſunt. Abi, & cura, ut vivas.* Anno MLXXIX.

Venit poſt eum *Frethericus*, inquieta anima, qui delicias ſibi quærebat in ſympoſiis, ludis & venationibus. Et *Fridericus.*

Siciliæ Principi, prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua *in haſta conſedit. Quod oſtentum & conſilio cautum*, & manu *promtum*, Regemque *futurum ſignificabat. Juſtin. L. XXIII c. 4. De* noctua *Æſculapii, vigilantiæ magiſtra, vid. Sebiz. T. I. Spec. Med pract. in præf. & Engelhard. diſſ. de Æſculapio c. 8 §. 6. Rectè igitur Viſſelbecc. pro emblemate* vigilantiæ paſtoralis *habet.* (l) *vid. diſſ. m. hiſt. IV. §. 4.* (m) *erant* 500. *imperiales.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [17] - 5

qualis pater, tales filii. Plurimi siquidem monachi, eâdem vanitatis peste infecti, sœpius videbantur in campo & nemore, quàm in cella aut choro, non sine scandalo civitatis. At mox iste turbator ejectus, optatissimum

Marquardus 1082. successorem habuit *Marcvvartum*, qui fugientem pietatem doctrinamque serió retraxit, suisque laudatissimâ vitâ præluxit, & optimè in omnibus prospexit *Hûxori*, quam *animam in Domino sibi dilectam*, & *corculum suum* appellabat, auctis subinde juribus & privilegiis ejus. Protractus è cella sua aliquandiu præfuit Ossenbruggo, at depositus rediit Corbeijam, ubi vitam finiit. Tribus ferculis semper vixit contentus *jusculo*, *olere* & *carne*, seu pisciculo. In *Frethericum* extat hoc:

frugalitas ejus.

Friderici vituperium

Ventris erat famulus, vanissimus atque gulosus:
inde monasterium depulit intus eum.

Marcvvartus meruit hoc:

Marquardi epitaph.

Marcvvartus, optabilis Abbas, pietatis & doctrinæ promotor, disciplinæ monasticæ instaurator, & boni Pastoris exemplar, Episcopus postea Osenbrug. sed, ob turbulenta tempora, oneri isti cedens, reversus ad matrem, quam consilio & industriâ salubriter juvit: quietem hîc in gremio ejus invenit, omni laude & honore dignus. Anno MLXXX.

1085. *Altmannus,* Anno MLXXXV. *Altmannus* Hüxori apud *Sebaldum Zornium* presbyterum pernoctavit. (*n*) Anno

1088. *Otto de Nannechsen,* MLXXXVIII. *Otto de Nannexen* pro memoria annua S. Chiliano dedit VI. marcas argenti, & singulis annis in festo D. Martini duo maldra siliginis. Anno MXCIII. *Mauritius,*

(n) *Westphalus erat hic* Altmannus, *Episcopus Patavienſis. Vid. Herm. contract. ad ann.* 1065. *& Lamb. Schafnab. ad eund p.* 173. *&* 243. *Cum exul aliquandiu viveret* Padebornæ, *facilè Hüxariam excurrere potuit. Adde Cl. Meibom. not. ad Gobelin. Person. Cosmodr. ætat. VI. c.* 55. *p.* 362.

tius, Comes de Everſtein, eidem templo quinque marcas dedit pro memoria ſui. Anno MXCVII. *Heymo de Iber* ſingulis diebus Dominicis & feſtis ad XXX. annos legavit vinum, poſt communionem hominibus dandum. Anno MC. dedit *Robertus* Heißbart tres marcas. Anno MCIV. vidit *Corbeija* ſcholam ſuam deſtructam, unde omnia mala. Anno MCVI. *Leonhardus* Biſſkop effigiem S. *Chiliani* dedit, cum ſubſcriptione.

1093. *Mauritius Everſteinius*

1097 *Heymo de Iber,*

1100. *Robert.* Heißbart/

1104. *ſchola deſtructa.*

1106. *Leonhard.* Biſſkopp/

Du lever Hilliger Killian/
Mack jo/ dat eck kan recht beſtahn/
Wenn ick mut ut der Werlt nu gahn/
Denn heſſtu mir genog gedahn.

Anno MCVII. *Sixtus Hellbrett* obtulit effigiem *S. Ambroſii* pro ornamento Eccleſiæ. 1107. *Sixt. Hellbrett.*

Ambroſium *ſanctum dabimus ſancto* Chiliano,
ſit memor in precibus ſanctus uterq; mei.

Anno MCIX. *Benjamin Schaper*, pro majori devotione excitanda, ad latus orientale muri *S. Chiliani* poſuit imaginem Glorioſæ Virginis *Mariæ* clathris ſeptam, additâ columna lapideâ in qua omni veſpere accendebatur lampas. 1109. *Benjamin Schaper*

Ora pro nobis S. Maria, lux mundi, *ut & noſtra lux coram hominibus luceat, ipſiq; videant bona opera noſtra, per filium tuum dilectum Dominum Jeſum Chriſtum Amen.* Anno ſequente *Joann VVittgärber S. Mariæ Magdalenæ* hiſtoriam pulcherrimè depictam dedit. *Ioann.* Wittgärber/

Chriſte, tuas lacrimis ego plantas ſponte lavabo,
illas abſtergam cæſarieq; meâ.
Peccavi! miſerere mei! miſerere Redemptor!
nil volo, nil cupio, quàm miſerere tuum.

Quàm grata olim fuerit ſancta ſimplicitas Deo & Eccleſiæ ſuæ, pium hoc ſimplicitatis ſpecimen comprobat.

Ego

1113. *Conrad Lauvvenkuhl*

Ego *Counrat Lauvvenkuhl*, & uxor mea *Ilſa*, pœnarum gravitatem, gaudiorum cœleſtium perennitatem, & vitæ noſtræ brevitatem conſiderantes, dum poſſumus, bona operabimur. Pio igitur affectu, pro ſalutari remedio animarum noſtrarum. *S. Kyliano in Hüxori* ſingulis annis in vigilia *B. Martini*, pro nobis & heredibus noſtris, dabimus *duos anſeres bene ſaginatos, & probi ponderis.* Decedentibus verò me & *Ilſa mea*, eosdem heredes noſtri, *quamdiu aliquis de iis in mundo erit*, eâdem devocione dare obligentur. In cujus rei fidem Parochus noſter literas has ſubterfirmavit & ſigillavit noſtro omnium nomine. *Förſtenauvve* anno Domini MCXIII. in die D. Sebaſt. Martyr.

1117. *Petrus Gerold*

Petrus Gerold Vicarius parieti templi Chiliani hos inſcripſit rythmos.

Qui Deo ſervit in templo;
luceat pro exemplo,
ſit modeſtus, non rixoſus,
non ſuperbus, nec vinoſus;
amet Deum propter Deum,
ut amemus rurſus eum:
vigilet ac ſervet legem,
& conſtanter paſcat gregem.
Munus ejus ſit docere,
non mulgere, *ſeu* tondere,
Deus & Eccleſia
gaudent purâ *animâ.*

1119. *clavus cordi infixus ovum caſeiforme*

Cùm *Hinricus* Jageſpett bovem mactaret, reperit in corde ejus puſillum *clavum* infixum, quem pro miraculo oſtendit omnibus, (o) Gallina parvulum caſeolum villicæ abſtu-

(o) *Ita Nobiliſſ. du Verney* acum ſartoriam, *unciam unam cum ſemiſſe longam, nigram prorſus, multâq; ferrugine incruſtatam*, in corde vaccæ *reperit*, *notante Cl. Peyero meth. hiſt. amat. c. 6. Conf. Dec. II. Eph. curioſ. ann. VI. obſ. 77. in ſchol.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [20] - 8

lerat, quæ verò insecuta eam verberavit prædam recuperans. Gallina casei valde cupida iterum iterumque villicæ appropinquans semper pellitur. Paulò post ponit ova, inter quæ duo planè *caseiformia* erant ex phantasia (p) Liborius de Lüchtringen habebat *parum* valdè docilem & *bicipitem*. (q) Puella in Albaxen *phtisi* laborans, per aliquot menses *lac asininum* biberat; unde indoles & mores prorsus *asinini*. Rusticus in Godelhem *calculô* decumbens multa usurpârat remedia, tandem de *erinaceo* in plenilunio capto, inque nova olla combusto; quotidie ter sumsit in aqua petroselini tantum, quantum tres cultri cuspides capiunt, & egregiè restitutus est. *Jacob Lordmann* per Sollingium iturus obvium habebat lupum, sed ex vulnere languidum, ideoque minime ferocem. Propiùs cùm appropinquâsset *Jacobo*, qui effugere non poterat, cernit vulnus in dorso, eique infixum adhuc globulum plumbeum. Animosè ergò extrahit mansuetæ nimis bestiæ, sicque ille sine ullâ noxâ dimissus. (r) *Andreas Ganssert*, vegetus senex, annô ætatis suæ LXXXVIII. progenuit filium Bruchusii. (s) Paulò ante festum nativitatis Dominicæ *Gregor. VVeikherr Lunam* vidit *caudatam*. (t) *VVedekindus* de *Swvalenborch*, ultimô dominationis *Eckinberti* annô, (u) fundat monasterium *Mariemünster* nostri ordinis in Diœcesi Paderbornensi. Qui *Eckinbertus* lapidi suo hæc inscribi voluit:

1120. *Parus biceps, ex lacte asinino mores asinini, erinaceus in calculo*

1125. *lupus mansuetus ex vulnere.*

1126. *Andr. Ganssert Luna caudata*

1129. *Fundatio monaster. Mariemünst.*

(p) *Anas lucii piscis interanea, & unà cum illis hepar, ex incuria projectum, deglutierat. Ancilla hoc animadvertens, & hepati surripiens, dimicat cum eo. Qui postea ovum peperit, in quo hepar deglutitum tam exactè fabricatum, ut omnes adstantes istud pro vero lucii hepate declararent. Dec. II Eph. Curios. ann. VI. obs. 43. p. 113.* (q) *Adde Dec. II. Eph. citat. ann. IV. obs. 141. & ann. VI. obs. 57.* (r) *Similem ferè historiam dat Plin. L. VIII. c. 17.* (s) *Pluscula fecunditatis senilis exempla vid. in Act. Hafnienſib. Vol. I. obs. 49. & Vol. IV. obs. 10. Sachs. Gammarol. L. II. c. 23. p. 507. & altis, queis junge Meibom. in epist. de longevis.* (t) *Conf. Dec. II. Eph. Cur. ann. III. obs. 43.* (u) *i. e. anno 1129.*

Tumulus Erckenberti.

Eckinbertus, famulus monachorum in Corbeja omnium primarius, à Deo, Pontifice & Imperatore ad hoc servitium electus & confirmatus, lectulum sibi hic fieri curavit, ut tandem molliter cubaret. Sum cinis: fui homo: ero nunc candidatus æternitatis. Anno MCXXIX.

monast. Amelunxborn.

Sedente eô, *Amelunxbornense* monasterium ordinis Cistercienſis fundatur à *Sigefrido Homburgico.* In utrumque missi sunt Hüxarienſium filii *Muggii, Heysones, Struchii, Kuhlemanni, Bornfeldii* & alii. *Folckhmarus* II. crebriùs secessum quæsivit ad amœnum hunc *Amelungi* fontem, ut à curis aliis abstractus, contemplationibus suis eò ardentiùs & liberiùs vacaret. Claruit enim iste locus multâ sanctimoniâ & doctis Viris undique collectis, ut *Cornelius* noster rectè dixerit: *esse locum & studiis & orationibus opportunissimum. Benè ei, qui in hunc labitur fontem!* Hinc S. *Bernardus* ex Cistercio suo Prælato & Conventui has scripsit literas:

literæ S. Bernhardi ad monachos Amelunxborn.

Abbati & toti Congregationi in *Amelungisborn* Salutem & gratiam in Domino Sempiternam.

In Domino gavisus sum, & exultarunt viscera mea, quàmprimum audivi; Nobilem *Segefredum* ex instinctu cœlesti, ad majorem DEI gloriam & instaurationem vitæ monasticæ, etiam DEO tabernaculum posuisse in villa sua *Amelungisborn.* Sit Dominus benedictus in secula! Bonus conversationis Nostræ odor & laudabilis rigor, Fratres amantissimi, gaudio nuper replevit *Cistercium*, ut pro salute & incremento vestro nos omnes Deo laudes & gratias persolvamus humillimas. Si sanctus Pater, sub cujus regula omnes militamus, filios suos tàm turpiter declinantes vidisset, annon in fletus & planctus concitâsset oculos & præcordia sua? at si etiam *repurgatum ordinem* intueretur, utique benediceret omnibus

bus in eo ambulantibus. Magna messis, at pauci operarii, clamat Dominus. Nos simus boni operarii, qui suam aliorumque salutem cum timore & tremore operantur, ut ex lucro animarum merces nostra magna fiat in cœlis. Valete Fratres, & orate pro me misero peccatore, eadem pietatis officia à me expectantes. E *Cistercio* in vigilia S. Bartholomæi Anno Domini MCXXIX.

Bernardus, humil. Monach.

confirmatio & protectio Honorii II.

Eôdem anno *Honorius* II. confirmationem cum ampliſſimis privilegiis ex Laterano misit secundùm Bullam sequentem.

Honorius, servus servorum Dei, dilecto Filio - - - - - Abbati Monasterii S. Mariæ in *Amelinchgesborn*, Diœces. *Hildeshemensis*, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Pium desiderium, quod ad ampliandæ religionis propositum pertinere monstratur, Deo auctore, sine ulla dilatione est complendum. Ideo dilecte in Domino Fili, Abbas, tuis justis & rationalibus postulacionibus æquum & gratum præbentes assensum, Monasterium, cui, Deo auctore, præesse dignosceris, sub B. Petri & nostram protectionem suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Sancientes, ut in eo ordo monasticus, secundùm regulam *S. Benedicti* & reformacionem Cisterciensem inibi institutus, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. Statuentes insuper, ut quascunque possessiones & quæcunque bona Idem monasterium inpræsentiarum justè & rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, aut oblatione aliorum fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma, quieta & integra Tibi Tu-

isque succeſſoribus maneant ſemper, ſalvâ tamen Dyœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ & debitâ reverenciâ. Obeunte vero Te, nunc ejusdem loci Abbate, ſeu tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutiâ vel violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, ſeu tamen pars Fratrum conſilii ſanioris, aut de ſuo, ſeu de alieno, ſi neceſſitas poſtulet, Collegio, ſecundùm Dei timorem, & ordinis veſtri rigorem, providerint eligendum. Et ſicut perſonæ tuæ ſpecialiter *mitram, dalmaticam, ſandalia* & *annulum* portare concedimus; ita omnibus ſucceſſoribus tuis regulariter electis, in omnibus Sanctorum ſolempnitatibus atque in feſtivis proceſſionibus ac ſynodis, eâdem Apoſtolicâ auctoritate permittimus & confirmamus in perpetuum. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum, ſeu parvæ vel magnæ exiſtimationis vel auctoritatis fuerit, liceat præfatum monaſterium temerè perturbare, ſeu ejus poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliis temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra, firma & inconcuſſa ſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodo profuturis. Si quâ igitur inpoſterum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens temerè contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate exiſtere cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei ac Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo judicio diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Omnibus verò eidem *ſancto* loco jura ſua ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quate-

ejus mitra, annuli &c.

nus

nus hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen. Dat. Laterani Non. Decembr. indict. XIII. anno incarnationis Dominicæ MCXXIX. Pontificatûs verò Domini *Honorii* Papæ II. annô quintô.

Annô MCXXX. *Bartholdus*, Episcopus Hildeshemensis, qui paucos ante menses Missam *Hüxori* celebrârat, & *S. Chiliano* calicem donaverat, obdormivit in Domino. 1130. *Bartholdi Hildes. mors*

Annô sequente *Caspar* Führbart/ ob prolixam ruffamque barbam ita dictus, ex horto suo Prælato *Amelunxbornensi* obtulit rubicundissimam *rosam* cum foliis expansis, ex quorum medio creverat candidissimum *lilium*, quod Abbas depingi fecit, & Casparo *porcellum* reddidit. Rogatus, an arte forsan aliquâ produxisset, tactâ *barbâ* suâ omne exemit dubium. Juramenti locô habebat *Casparus* iste, si barbam suam tetigisset. (*vv*) Annô MCXXXII. Miniserialis in Saxonia assiduæ venationi addictus, cum contemtu Supremi Numinis, toties à Pastore monitus, semper obtinuit antiquum suum. Peperit posteà, uxor ejus filiolum, cum perfecto *capite canino*. Tunc rediit ad frugem. (*x*) Canis lanionis *undecim* aliquando catulos unô nisu peperit, (*y*) totus postea contabuit voracissimus. Exenteratus post mortem innumeros vermes in ventre & in-

1131. *lilium ex rosa.*

1132. *infans cum capite canino.*

1133. *canus verminosus.*

testi-

(*w*) *Sic Otto Imp.* per barbam *jurabat, cujus rei notabile exemplum habet Gobelinus Persona Cosmodr. ætat. VI. c. 48. p. 202. Et Friaericus Barbarossa, si per barbam quid promisisset, sanctè servabat. Agricola adag. Germ. 733. Hispani adhuc per* barbam *jurant. Dec. I. Eph. Cur. ann. IV. p. 182.* (x) *Similem historiam ex Th. Cantabr. L. II. Apum c. 49. §. 17 refert G. Stengel. de monstris c. 7. §. 16. p. 265. seqq.* (y) *Ferdinand. I. aliam novit, quæ intra XIV. menses XLVII. enixa est catulos, primâ vice XVIII, secundâ XVI, tertiâ XIII. Ferdin. I. Tafel-Reden num. 91.*

1134. *Andr. Rosa.* testinis habuit. (z) Annô MCXXXIV. desiit *Andreas Rose*, Vir præstans & doctus, & eâdem horâ *fringilla* ejus in variis cantiunculis ad stuporem docta.

Quis jacet in tumulo hoc? Andreas; *vir sine labe,*
florens & marcens comprobat esse Rosam.

1138. *Folcmar. II. obitus. Epitaph.* Anno MCXXXVIII. *Folckhmarus II. Bomeneburgicus* ad immortalitatem migravit.

Folckhmarus Abbas ex morte ad vitam abiit sempiternam, vanitatum laborumq; Satur. Anno MCXXXVIII. Deus miserere mei.

1144. *Adelbert.* *Athelberti* tumbam hæc cingit Inscriptio:

Athelbert. Corb. Abb. Dei gratiâ fuit, quod erat, & ejusdem Dei gratiâ nunc est, quod sperat, hæres gloriæ æternæ. Qui me sequeris, vigila fideliter. Anno MCXLIV.

1145. *Theodevvini liberalitas.* Cùm *Theodevvinus*, Legatus Apostolicus, ex curia Corbeijensi proficiscereturin *Amelingesborn*, & rigorem ac studia fratrum inibi degentium accuratiùs perspiceret; *gaudeo*, dixit, *coram toto conventu, gaudeo, fratres, de vita vestra religiosa. Compensabo industriam vestram L. nummis aureis & indulgentiis perpetuis in omnibus B. Virginis, Patronæ vestræ, festis acquirendis. Vos autem in precibus & sacrificiis vestris mei vivite memores.* Quibus dictis ibat ad prandium, & Abbas non tantùm eum, sed quoque *Thomam* Cardinalem, unà cum multis Episcopis, qui simul aderant, magna cum solennitate in fraternitatem recepit. (a) Et quisque fuit gratus.

(z) *Kerckring. intestina canis à duodeno usq; ad rectum ita vermibus oppleta vidit, ut excrementis nullus superesset locus. Bonet. Med. septentr. collat. L. III. Sect. XVI. c. 14.* (a) *Anno 1145. solennis curia erat* Corbeiæ, *instituta à* Conrado III. *cui interfuêre* Theodewinus *S. Ruffinæ Eccles. Episcopus & Legatus Apostol.* Thomas *S. R. E. Cardinal.* Bernardus *à Desede, Padeborn.* Rudolf. *Halberstad.* Bernh. *Com. Rotenburg. Hildes.* Philipp. *à Catzenelenbogen, Osnabrug.* Henricus *Min-*

gratus. Alterô die sacra celebrabat in templo *S. Chiliani Hüxori*, eique indulgentias concessit secundùm Bullam sequentem:

Theodevvinus, S. Ruffinæ Ecclesiæ Episcopus, & S. Sedis Apostolicæ Legatus, Salutem in Domino perpetuam! Si sancta Dei loca piâ & constanti devotione veneramur & exaltabimus, vicissim à Deo, omnis boni compensatore, honorabimur & exaltabimur hîc & in æternum. Volentes igitur in sincera caritate, ut Ecclesia *S. Kyliani in Hüxori* ab omnibus bonis Christianis diligentiùs frequentetur, per præmia ad merita invitabimus eos, cunctisque verè pœnitentibus & confessis, qui Ecclesiam hanc in festo *dedicationis & consecrationis suæ, Paschatis, Pentecostes, & nativitatis Dominicæ*, nec non *S. Laurentii* Martyris, debitâ cum reverentia visitaverint, & confessi fuerint, de omnipotentis Dei misericordia confisi, ex auctoritate Nobis à S. Sede concessa, XL. dies de injuncta ejus pœnitentia misericorditer relaxamus. Datum Hüxori, Anno Domini MCXLV. Anno MCXLVI. *aurea crux* cœlo delapsa super Corbeiam, tantum de se sparsit splendorem, ut omnes rapti sint in stuporem. Eôd. annô furtes noctu conscendentes muros, per pomarium effractâ cryptâ rectâ procedebant in templum. Videbant autem milites in acie sua stantes. Tentabant secundô & tertiô, semperque armatos conspiciebant Viros, monachos autem cantantes in choro. Visus eodem annô in templo Cor-

indulgentia

1146. *crux aurea cœlo delapsa.*

Visiones nocturnæ

Mindenſ. Fridericus, *Com. Wetinenſis, Magdeburgenſis.* Titmarus II. *Ferdenſis*, Anſelmus *Havelbergenſis &* Henricus. *Olomucenſis Epiſcopus*, Wicboldus *Abbas Stabulenſis*, Henric. *Dux Saxon.* Adelbertus *Marchio cum* Ottone *filio*, Frideric. *Palat. Com.* Herman. *Com. Winzenburg. cum fratre* Henrico *&c. Quis neget, omnes hos ſimul fuiſſe* Theodewinum *Amelunxbornam ſecutos, novum hoc reformationis monaſticæ domicilium viſuros?*

Corbeijenſi Vir candidiſſimus cum lampade, verſus orientem gradiens ad altare. Sed *Corbeïa* deflexit à zelo & omnibus votis ſuis Deo factis, trahens in ſocietatem malitiæ ſuæ Canonicos ad S. Paulum, & ſcandalizans totam viciniam per multos annos, uti Fratres multis lacrymis miſeriam & damna ſua irreparabilia annô MCXLVI. expoſuêre Eugenio Papæ, qui miſertus *ſancti loci*, monuit *Counratum*, Regem glorioſum, ut frenum injiceret & capiſtrum ferocibus monachis in luto cum porcis ſeſe quotidie volutantibus. Res ardui conſilii erat, idoneum & capacem præficere Abbatem, qui pietate, prudentiâ & induſtriâ famoſum ſordidumque locum repurgaret. Malitia enim monachorum in tantum excrevetat, ut etiam pueri inter ſe rixantes proverbii loco dicerent: *tu non es melior monacho Corbeijenſi.* Tandem anno MCXLVII. eligitur *VVicpoldus* Stabolenſis. Quod cùm ei nunciaretur, ingemuit, flensque dixit: *utinam ſubulcus fierem. Porcos enim citiùs gubernabo, quàm effrenes iſtos monachos. Cùm tamen Deus me ire jubeat ex* ſtabulo *in* ſtabulum, *à* lupis *ad* ſues, (b) *vadam ſecundùm voluntatem Domini.* Et ſanè Deus operabatur in eo mirabiliter; ſic ut Corbeija vix alii majores gratias debeat, quàm huic reſtauratori ſuo & alteri Fundatori, cujus memoria apud omnem poſteritatem ſit in benedictione. Familiaris erat *Counrati*, à quo facilè obtinebat, quod voluit. Hinc in ſpiritualibus & temporalibus Corbeijam auxit, ut nihil ſuprà; etiam erga *Hüxori* propenſiſſimus plus effecit, quàm omnes ſui Anteceſſores. Sum-

Corbeia vi ſuperia.

1147. *electio VVicboldi.*

Laudes ejus.

(b) *Imperialis Abbatia* Stabulenſis *olim ſpelunca beſtiarum erat.* S. Remaclus *autem illuſtre hoc monaſterium conditurus*, aſino *utebatur, cæmenta & lapides apportante; Sed* lupus *vorabat eum. Frendens* Remaclus *fulmine percutit rapax animal, eiq; pro pœnitentia omnia onera aſinina imponit, quæ illud lubens ſubiit. Inde* lupus *in inſignibus* Stabulenſium. *Hûc fortè digitum intenderit Wicpoldus.*

Summum Regalis gratiæ teſtimonium *cuſtodia* eſt *lipſanorum S. Viti.* Quô honore *Counratus* eum primò beavit & inauguravit ſolenniter. (c) Eccleſias in urbe & alibi ipſe viſitabat diligenter, ſtimulum ubique dans & calcar currentibus ac tardantibus. *Scholam Hüxori* quondam nudis pedibus ingreſſurus rogabatur à Capellano, cur id faceret? *tunè neſcis*, dixit, *quàm ſanctus locus hic, & quàm reverenter converſari oporteat cum iſtis parvulis, quorum angeli ſemper ſtant coram facie Domini.* Sedens poſtea in ſella, magnâ lætitiâ recitantes & orantes audiit pueros, dicens: *boni paſtoris eſſe, agnos benè curare, ut bonas inde ſperemus oves.* Ipſe *Scholam clauſtralem* Corbeijæ priſtino reſtituit nitori, fratresque *ad chorum & ſcholam* amandavit omnes: Ex SCHOLIS omnis noſtra *ſalus*, omnis *gloria*, omnis *auctoritas & divitiæ*; (d) Nunc verò nullius rei minor habetur cura in cœnobiis noſtris, quàm *ſcholarum.* Inde ludibrium populo fimus, & omni genti odium. Apex presbyterii, pſalmos deblaterare in templo, aut aliquid muſſitare in ſtallo, ſeu in angulo miſſam legere. Imò ſi quæ vivida ſint ingenia, & exemplo Majorum accenſa, ſtudia ſeriò amplecti velint, damnantur ad alios labores planè ruſticos & ſordidos. Si qui autem de vaccis, caballis, canibus venaticis, de tritico & braſſica bene diſcurrere valeant, hi digni ſunt ad regendas Præpoſituras & familias ampliores. Ita puri *idiotæ* & homines prorſus agreſtes naſcuntur in monaſteriis. (e) Ego inter eruditos me non profiteor. Tardioris quippe ingenii homo

1148. *Viſitat ſcholas & Eccleſias.*

candor Autoris.

C ſem-

(c) *Vid. diſſ. m. hiſtoric. XIII.* (d) *Fuiſſe olim gymnaſia literaria in cœnobiis Benedictinis, fuſiùs dicent Trithem. L. I. c. 6. de Illuſtr. Ord Bened. Viris & Paul. Lang. in chron. Citiz. p. 763.* (e) *Vide ſis etiam, quàm falsè perſtringat luxum, inſolentiam & deſidiam fratrum ſuorum Arnoldus, Abbas Lubecenſis, L. III. Chron. Slavor. c. 9.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [29] - 17

ſemper fui, & memoriæ non adeò tenacis, ſtudia tamen amo, omnesque eorum ſectatores. Sanctè inſtituerat B. *Adalgarius*, ut omnes Canonici in nova Eccleſia etiam *græcam* addiſcerent *linguam*, quò Evangeliſtas & Apoſtolos in originali ſuo legere & intelligere poſſent. (f) At non ſervatur iſta ſanctio amplius. Cuduntur ſubinde nova placita cum conſcientia cauteriata. Si vis eſſe religioſus, rigorem ama & conſtantiam; *pietatem* cum *doctrina* conjunctam.

inſtitutum Adelgarii.

Optimi Prælati & pulcherrimi Principis exemplum dedit nobis *Wicpoldus*, cujus ſumma cura *Scholaſtica* erat. Ideò Fratres *Æresburgenſes* ad ſtudia vehementiùs addiſcenda hortatus eſt paternâ admonitione. Veniens etiam *Hüxori* annô MCL. univerſum Senatum & omnes Clericos ad ſe vocatos ita allocutus eſt religioſiſſimus Pater: *Paſtoralis officii cura poſtulat, ut de amplo iſto animarum lucro omni horâ diligentiùs cogitemus, ut tandem fidam rationem reddamus de omnibus, quotquot fidei & inſpectioni noſtræ commiſit Dominus. Fera beſtia homo timoris Dei oblitus. Juſtum igitur & ſalutare fuerit, timorem hunc, qui omnis Sapientiæ radix eſt, cum ipſo lacte parvulis inſtillare, eosq; in ſcholis fideliter erudire. Quod niſi fiat, nec Clerici nec ſeculares unquam valebunt.* Seminaria & ſuſtentacula Eccleſiæ ac Reip. *ſcholæ ſunt. Fas itaque, ut omni fide & cura hæ bene ordinentur. Sic pax & ſalus in terra noſtra. Moneo igitur Vos, & omnem Univerſitatem, ceu dilectos & fideles noſtros, ut eandem curam nobiſcum ſuſci-*

1150. *oratio Wicboldi.*

(f) Adelgarius, *Abbas Corb. III, anno 863. ex bonis monaſterii ſui fundavit & dotavit inſignem Eccleſiam collegiatam in ripa Viſurgis, in memoriam S.* Pauli, *ut haberet ſeminarium, in quo boni Doctiq; inſtruerentur Canonici. In hac* ſchola, *juxta inſtitutum Karolinum, etiam* græcæ linguæ *Profeſſor erat, uti Oſnabrugi. Vid. Rolevinc. de ſitu & morib. Weſtfal. L. II. c. 8. p. 92. Kranz. L. I. Metrop, c. 2. Dav. Chytr. L. III Saxon. p. 83.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [30] - 18

ſuſcipiatis, omniq; ſtudio in id incumbatis unicè, ne quid damni capiat juventus. Amputate amputanda, removete impedimenta ſancto huic conſilio inimica, nec parcite ſumtibus, pro Dei gloria, pro augenda & conſervanda Eccleſia ac Rep. pro ſtabilitate urbis veſtræ, pro ornamento patriæ, pro æterna docentium & diſcentium ſalute *utiliter impendendis. Vt verò res hæc procedat feliciùs, conſtituemus certos quosdam* inſpectores & coryphæos, *ex ordine* Senatorio *& ex* Clero, *imò etiam ex noſtro* Conventu, *iisq; mandabimus, ut omni* trimeſtri ſpatio *juventutis ſcholaſticæ* profectus & defectus *conjunctis oculis & animis explorent, Nobisq; ſignificent.* Sic *ſtimulus dabitur docentibus diſcentibusq;.*

1151. *Gemma per medium rupta.*

Cùm *Matthæus Cattfell* anno MCLI. in curia *Hüxori* pro tribunali ſederet, gemma in annulo, quem per multos annos digito geſtârat, ſine ullâ violentia externa per medium rupta tantum terrorem Bono Viro fecit, ut ſubitò ad S. Chilianum abiret, & peccata ſua confiteretur. Sequente nocte in ipſo ſomno apoplexiâ percuſſus mane repertus eſt exanimis *Michael Borgmann*, Rector ſcholæ, bonus *latiniſta*, melior *græcus*, & optimus *Ebraiſta, Muſicus* ſimul & *Poëta*, ob fidelem inſtructionem puerorum, quorum frequentia magna, in pretio habebatur. *Jeremias VVittkop*, Venerabilis ſenex, urbis Senatusque honorabile membrum, & largus benefactor Eccleſiæ, ſcholæ, pauperumque, in feſto S. Andreæ Apoſtoli paralyticus obit, cui *Borgmannus* hoc faciebat:

Mich. Borgmann.

VVittkop.

Flet ſchola, templa queruntur: curia luget; egeni
Plangunt: vis cauſam? Wittkopius *jacet hîc!*
Wittkopius *jacet hic! lacrymas adſperge viator:*
Vix ſimilem dabit urbs incluta noſtra Viro.

Annales referent ejus laudesque fidemque,
Nil *ego*, *cuncta tamen*: Wittkopius *jacet hîc!*

1152. *Friderici I. protectoriũ Insignia Hüxarienſia in lapide à Natura picta, altare S. Crucis,*

Anno MCLII. *Fridericus I.* Pathabrunnæ S. *Chiliano in* ſpeciale protectorium ſuum ſuſcepit, eique benefecit *magnum orbis lumen.* (g) Cum *Thomas Groner in* vinea ſua foderet, lapidem ruffum invenit non adeò magnum, cui natura *inſigne & arma* urbis *Hüxori* perbellè inſculpſerat. Servatur Corbeijæ apud Wicpoldum. (h) *Hartmannus Noth*, dives patriota, pretioſum altare *S. Crucis* S. Chiliano dedit, cum memoriali hoc:

Lux & crux Nothio *fecit patrimonia larga,*
Hinc aram Sanctæ *reddidit ille* cruci.

Henrici Mogunt. obitus.

Heinricus Felix, ArchiEpiſcopus Maguntinus, in curia *Amelingsbornenſi* Einbeccæ ex exilio raptus in patriam feliciter, cui Wernherus Abbas in *Amelingsborn* monumentum poſuit.

Varia Hüxarienſium ſcripta.

(i) *Chriſtophorus Elſchlebius*, Hieronymi F. pro captanda gratia, *burgum Brunonis* ingenioſo carmine deſcripſit, quod *Hüxori* jacet in curia. *Chriſtian. Hakenmaker* compoſuit vitam B. *Warini*, quæ mirificè placuit *Wicboldo*. *Chilianus Semler* vitam dedit Patroni ſui S. *Chiliani*, & *Stephanus Senckeler* totum Pentateuchum pro exercitio metricè reddidit. *Melchior Cravver* in Schola recitavit orationem de B. *Adelgario*, ejuſque nova *Eccleſia*; *Adam Speyer* de *Ereſburgo* cecinit, ob quod à *Reinardo* (k) cuſtos Eccleſiæ factus eſt: & *Burkhard Hödeker* elegantem libellum de *S. Hathumaro* obtulit Epiſcopo Pathabrunnenſi, pro quo accepit Vicariam.

Ecce

(g) *fuiſſe tunc Imp. hunc Padebornæ, liquet ex Monum. Padeborn. edit. prim. p.* 104 Lumen *vocat, Engelhuſ in chron. p.* 233. jubar mundi. (h) *Vid. Sachs. de mirand. lapid. natura p.* 62. & zeitkürtzende erbaulich e Luſt / *nuper à me edit. num.* 112. *p.* 229 *ſeqq* (i) *Vide id apud Letzner. in chron. Daſſel. L. VI. Part. 1. c.* 16. (k) *erat hic Abbas Imperialis monaſterii* Eresburgenſis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [32] - 20

Ecce tuam ſoboleм doctam, fidiſſima Mater,
perpetuò laus hæc Hôxoriana manet.

Henricus Schmitz, ſimplex & rectus, Vicarius Hildesheimenſis, iturus aliquando in patriam, pernoctabat in *Amelingesborn*. Cubans in dormitorio audit pulſantem aliquem. Aperit, & ecce! ſpecioſus ſenex promiſſâ barbâ, candidâ togâ indutus, & humano prorſus vultu, qui ita ad eum: *Henrice, ſequere me, habeo tibi in paucis multa dicere. Veni, & noli timere.* Ille præeuntem comitatur uſque in hortum, ubi introductus ab eo in ædiculam, pro æſtivali devotione Prælati ſtructam, Ibi jubetur conſidere ad menſam, porrectô atramentô, pennâ & chartâ. Senex autem ex adverſo ſedens, *Scribe* ait, *Henrice & ſerva: Ædes hæc ſtabit, cadet, reſurget. Corbeija nec ſtabit, aut reſurget, cùm amet & non amet tria patibula* Π. Alii per *tria patibula*, quæ amat, intelligunt (*I*) Πλῆτον, *opes*, irritamenta malorum, (*II*) Πικρίαν *amarulentiam*, Sunt ibi ſemper canina odia. (*III*) Πῶλον ſympoſia, ſeu *vinum*, quod nil moderabile unquam ſuaſit. Per ea verò, quæ non amat (*I*) Παιδείαν *inſtitutionem*, ſeu *caſtigationem*, (*II*) Πόνον, *laborem*. (*III*) Παρθενίαν *virginitatem*. Sed Davus ego ſum, non Oedipus. Schmitzius altero mane utrique Prælato in *Amelingisborn* & *Corbeija* viſionem ſuam narrat. Qui monuere, ut ſub ſacro ſilentio involvat, ne vel ibi aut Fratres elatiores fiant, aut iſtîc locus diffametur, *Severinus Coſtius*, Proviſor hoſpitum Corbeijæ, cùm matrem ſuam in agone *Hüxori* luctantem viſitare & conſolari vellet, videt magnam *nigram muſcam* vertici ejus inſidentem. Quæ pulſa multum ſuſurravit in camera, & tandem per feneſtram volavit, relinquens fœtorem. Quos non laqueos ponit Satanas piis, cum-

1153. *Somnium Schmitzii.*

explicatur.

muſca moleſta.

primis morientibus, dicente etiam S. *Augustino?* (l) *Constantinus Klipperfing*, Diaconus, pro concione anno MCLIV. explicans evangelion Domin. 1. post Advent. ex Luc. XXI. inter alia narravit. Illô ipso die ante hos XL. annos Hüxori visam esse *rubram crucem* in *Luna*, licet pauci animadverterint, aut curârint. (m) *Gabriel Stimm* Clericus ob contumaciam ad crucem damnatus apud S. Chilianum. (n) *Paul Vischer* figulus matrem suam verberârat, quem cum prehendere volebant, fugit in templum. At dixit Senatus, *aram non esse speluncam latronum & matricidarum*; captus ergo & punitus publice. (o) *Jacobus Klümperer* in curia jussit depingi judicium extremum, ut moneretur Senatus, se debere justè judicare, & rationem aliquando reddere judicii sui. (p) *Georg. Sommertasch* faber lignarius ex mera petulantia jejunium quadragesimale temnens, virgis cæsus & urbe pulsus est in perpetuum. Graviſſimam sanè pœnam *Canones* & *concilia* semper statuerunt in contemtores sacri hujus jejunii (q) Pe-

1154. *crux in Luna.*

ad crucem damnatus

matricida.

judicium extremum in curia depictum.

pœna jejunii temti.

(l) *in Soliloquiis c. 16. §. 4.* (m) *similia exempla dabunt chron. magn. Belgic. edit. Pistorian. p. 43. & ad ann. 1156. & Ephem. Curios. Dec. II. ann. III. obs. 9. plura verò Excell. D. Schmidius, Prof. Jenens. in peculiari dissert.* de Luna in cruce visa. *Vide otium ejus Jenense pag. 52. seqq. qui idem phænomenum notavit Jenæ 30. Dec. 1680.* (n) *stabant extensis manibus publici peccatores* ad crucem, *vel prostrati ad illam jacebant, ut videmus ex canonibus Saxon.* Edgardi *Regis cap. d. Magnatum patientia §. 3. apud Carol. du Fresne gloss. lat. verb.* ad crucem stare. *Inde Germani:* am Creutz stehen / *de eo, qui pœnam quandam, seu adversi quid sustinet.* (o) *In Anglia ex* Eduardi *II. lege receptum est, ut, quoties delicti reus ad templum confugit, in perpetuum exilium eat intra XL. dies & XII. horas, nec aliam pœnam luat, excepto, quòd usque ad littus* crucem *manu gerat, veluti signum servatæ vitæ per religionem. Conf. Myler. ab Ehrenbach de jur. asyl. c. 3. num. 8. Mœbii Asylolog. sacr. disp. 3. c. 6. num. 27. seq. Rittershus. de jure asyl. c. 3. num. 12. & alios.* (p) *idem vult gloſſa ad Weichbild. artic. 16. §.* nun höret &c.

(q) *Petrus Schvvammer* Sartor anno MCLV. custodi templi, ova Paschalia poscenti, lubens multa dedit, singulis autem civis seu rustici cujusdam nomen inscripserat, additâ parvâ *cruce rubra*, cum quibus hactenus in jurgiis & rixis vixerat. Parochus quærit, hoc quid sibi velit? respondit Petrus, ideò feci, ut, *sanguinea crucis* memor, eò magis iis ignoscam & ardentiùs posthac diligam. (r) *Daniel Starr* molitor volebat aliquando confiteri. Vectus igitur *asino* accessit ad templum. Rogatus, cur id faceret? annon, inquit, vestra Reverentia asinum, ceu *humilitatis*, *mansuetudinis*, & *omnium virtutum magistrum*, nobis nuper commendavit specialiter? quidni ergo *hypodidascalum* meum adducam? & sic iterum insidens asino equitabat in molâm, Erat simplex homo & sine dolo malo. *Ulricus Arnold* ineptum scribam *asinum* vocârat. Increpat eum Senatus. Sed ille protestatur, se nihil deliquisse, esse genuinum *Joachimi* nomen. Date mihi cretam & probabo. Scripsit ergò in pariete *asinus*, dicens: legite. Ita, ob hoc etiam puniemini. Non, respondit, invertite vocem, & habebitis vestrum *Vassin*. Sic omnes riserunt. *Balthas. Radeberger* lanius annô MCLVI. diu tristis & melancholicus fuerat, nihil tamen agebat vel loquebatur ineptè. Tunc verò post paucos dies cœpit *balbutire*, *& difficile audire*, tandem omni *auditu* & *sermone* privatur. Dat ei *Conradus Bengler*, carnifex pharmacon forte, quô varii generis vermes, parvi & magni, diversique coloris, per os & alvum cum magno dolore expulsi sunt. Inter alios unus singularis erat

1155. *Petr. Schvvammer.*

Dan. Starr.

Ulricus Arnold.

1156. *vermis mirabilis.*

(q) *Vid. concil. Toletan. VIII. canon. 9. Anno* 1538. *nobilis quidam Tolosanus Lutetiæ exustus est, ob solum carnium esum in hoc tempore. Sleidan. L. XII. Comment. de statu religion & Reip.* (r) *idem ferè de* Ludovico *XIII. Gall. Rege refert Anton. Varillas in hist. ejus.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [35] - 23

erat *cinericeus*, *reliquis latior*, & *multis latis maculis notatus*, seu adspersus; *os* habebat *rotundius*, & *punctum album pro oculo splendidum*, *in capite tres cuspides hamatas*, *octo pedes*, *caudamque contortam*. Hic diù in exitu hærens capite exerto non tantum abominabilem fecit epilepsiam, sed causavit
1157. simul alia mala horrenda. Anno MCLVII. dedit *Susanna Vülfin* S. Nicolao bonum *baconem*. (s) *Druda Langin*, Do-
S. Chiliano varia data. micella, S. Chiliano *almuciam* dedit, & omnia approvia-
1158. menta, seu fructus, ex horto suo in campo Lüchtrin-
1159. gensi. *Simon Tocker*, restio, annô MCLIX. è *villa Haristallio* in urbem concedens, duo lumina perpetuò altari
1160. B. Virg. in omnibus ejus festis promisit. (t) *Matthias Sperber* hordarius, seu quæstor, dedit *burnetum*, i. e. nigrum pannum.

Casimirus Stellfatt banaretus, seu vexillifer, de-
1161. cem ulnas panni *bruni* (fusci) pro pauperculis. *Paul Kie-*
1162. *ferling* dedit partem *bosci* seu silvæ. *VVerner Sehus* omnia
1163. *catalla* sua, seu mobilia dedit S. Nicolao. *Hilarius* Brand-
1164. stein offert *croftum* in Werithana. (u) *Cornel. Bindelsack* an.
fabula de 11000. virginibus. MCLXIV. scripto quodam ad *Osvvaldum Zischium* histo-
1165. riam de undecim millibus virginibus acerrimè perstrin-
pullus gallinaceus cum capite torvino. xit & pro *mera fabula* habuit. (vv) In Holtaminda pullus gallinaceus *albus* excluſus est cum *capite corvino nigro*. (x) *Albert Horst* curtelagium (y) dedit in civitate. *Adrian*
1166. *Schmutzer* curtillum seu habitaculum suum, cum perti-
1167. nentiis in Stæhl. *Hildebert Ehing* Tungravio, seu villæ
1168. præ-

(s) ein fett Speckschwein (t) Heêrstelle *arx seu prædium potius, agri Padeborn. in ripa Visurgis occidentali. Autor vitæ Karol. M. etiam* villam *nominat.* (u) croftum *prædiolum est*, (w) *Et Gobelin. Persona, Decanus Bilfeldensis & Officialis Padeborn. Cosmodr. ætat. VI. c. 14. fabulam istam refutat rationibus minimè temnendis. Adde sis notas Meibomianas p. m. 352. seqq.* (x) *De alio cum* accipitris *capite Dom. van der Wiel observ. rar. Cent. post. Part. I. p. 494.* (y) curtelagium *est hortus olitorius.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [36] - 24

præfectus, *festum mandibile* instituit pro clero singulis annis in die S. Ursulæ. *Bruno Schader* singulis matutinis ovum recens non coctum deglutire solens, aperit aliquando unum, in quo *rubicundi pulices vivi & salientes* erant. (z) *Simon Frey* ad cellam infirmorum dedit talentum. *Bartholom. Bentsch* dennam suam S. Chiliano offert non procul burgo Brunonis. Est autem *denna* Sylvestris locus, ubi pores pasci possunt. *Levin Ossenrütter* legat *heretagium* suum, seu bono hæreditaria. *Joann. Mælcker* puellus fortè quinquennis repentinè *cæcus* fit. Expulsis autem *lumbricis* terribilis conspectus, (in dorso siquidem toti *hispidi* erant, uti erinaceus,) visum recuperavit. (a) *VVicpoldus* Abbas dedit S. Chiliano novum altare in honorem *Mariæ Magdalenæ* consecratum. Sequente annô in vigilia S. Martini pleurisi obiit, cui *Erasmus Sprenkelius* hoc scripsit:

festum mandibile. 1169.

pulices in ovo. 1170.

1171.

denna data. 1172.

heretagiū. 1173.

cœcitas à vermibus.

altare S. Mar. Magdal. 1174.

VVicboldi obitus. epitaph.

Cantabunt alii laudes Antistitis amplas,
Sat vitæ summam dicere in orbe mihi.
Vixit, sed vixit! vivat nunc, & quoque vivet,
præfuit, atque gregi profuit ille suo.
Fundatur, Corbeija, tuus fuit & benefactor,
Rector, servator, filius atque pater!

Aliud:

Aliud.

Wicboldus, Deo & Ecclesiæ qui vixit, dum vixit inter mortales, omnium Abbatum felicissimus, Summo Pontifici, Imperatori & Principibus carissimus e, exuvias corporis sui hic deposuit, universi posteritati, ob pietatem, diligentiam, & singula-

rem

(z) De serpente vivo *in ovo vid. Dec. I. Ephem. Curios. ann. III. obs.* 190. *Add.* zeitkürtzende erbauliche Lust *num.* 41. (a) *Puer septennis* visu, auditu, aliisque sensibus *privatus, torpidus, somnolentus, imò in supremo agone constitutus, ejectis* lumbricis, *citò & tutò convaluit. Binninger. C. IV. obs.* 32. *De alia* cœca, & muta *à vermibus Dec. II. Eph. Curios. ann. V. obs.* 170.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [37] - 25

rem Zelum maximè & perpetuò commendandus. Tu, qui poſt eum ſedebis, fac idem, & vives. Ob in vigil. S. Mart.

emina mortis. *MCLXXIV.* Ut introitus Ejus valde ominoſus erat: (b) ita exitus quoque. De hoc in Antiquo diario ſic: *Paulò ante obitum* Wicpoldi, annulus *ejus* aureus totus albicabat, & *ipſi inter ſolemnia ſacra in ipſa elevatione S. Hoſtiæ* è naribus ſanguis ſtillabat, *quod nunquam acciderat ante.* Ampliſſimum habuit Conventum, & doctiſſimos fratres. Dabimus poſterati membranam, in qua omnes monachi, laicos ſi exceperis, qui à tempore *Adalarti*, uſque ad *Bodonem* Pyrmontanum, Deo ſervierunt Corbeijæ. Erant olim ibi, ut in aliis monaſteriis, officiales primarii *Prior*, *Præpoſitus*, *Decanus*, *Portarius*, *cuſtos*, *cellarius*, *magiſter conſolationum & caritatum*, *hoſpitalarius*, *camerarius*, *infirmarius*, *capellanus*, Prælati, & *Lectores.* Fuerunt ergò.

officiales monaſtici.

Index FF. Corbeienſ.

(1) *Sub Adalardo.*

I. SUB ADALARDO.

Berewarthus Prior.	Segericus
Eiloldus portarius	Wahla
Hrodradus hoſpitalarius	Germo
Magherus infirmarius	Theodagus
Aldrius Cellarius	Liefricus
Ramwartus Mag. caritatũ	Geroldus
Anſgarius Lector	Rotholfus
Warinus, Abb. poſtea Corb.	Odebertus
	Thiadolfus
Gautbertus Epiſc. Suec.	Janus
Werinhartus	Gerbernus.

II. SUB

(b) *ovis enim ad oſtium templi peperit agnum:* canis *in ſacello S. Gertrudis* ſeptem *peperit catulos*, & gallina *in ipſo limine Eccleſiæ* pullos *excluſit XII. Alex. de Inſula in breviar. ſuo.*

II. SUB WARINO.

(2) Sub Warino.

Raginharius de Herivortio Prior
Fritharicus Præpoſitus
Hildibodo Decanus
Houlfus Portarius
Faſtigerus Cuſtos
Chriſtannus hoſpitalarius
Bilo infirmarius
Marchwartus Camerarius
Wifartus cellarius
Ovo Mag. caritatum
Gorlo Capellanus
Preradbertus } Lectores
Folkerus
Thiodolfus
Avo } Lectores,
Helmricus
Ragenhardus
Aſthulfius
Adololdus
Theodulfus
Suithardus
Colo,
Hethenricus
Wido
Gotthelf
Bunico.
Segericus
Volkherus
Halovardus

Thiodolfus
Fretharicus
Dendi
Wala
Werenhardus
Rinvverus, ſeu Rinvvercus
Counrathus
Hilthuvvinus
Adelgerus
Evergerus
Ico
Wittmarus, Epiſcopus Svec.
Gislemar., Epiſc. Dan.
Adalgarius
Deddo
Gerlo
Adalgarius, Archiepiſc. Brem. & Hamb.
Alfredus, Epiſc. Hildeſ.
Hogerus, Archiepiſc. Brem. & Hamb.
Alvadus
Werinboldus
Euodus
Avo
Wentheltagus
Baltagerus

Ragenharius	Nithardus, Mart. Sveciæ
Gerenhardus	Hervvarthus
Ahilhardus	Hildivvardus
Adaldagus	Halecgerus
Germanus	Heloco
Binixi	Herimannus
Frithadagus	Ekkihardus
Tiagrinus, Epiſc. Halberſt.	Adelbertus
Ailboldus	Folcbertus
Wolferammus	Ramvvardus
Agicus	Saxolfus
Gerolmus	Cuno
Adalgarius	Hrotgarius.

III. SUB ADALGARIO.

(3) *Sub Adalgario.*

Rodemannus Prior		Thidericus
Gotheschalkus præpoſit.		Eilehartus
Alfgerus Decanus		Walbertus, Epiſc. Hildeſ.
Unvvanus portarius		Alfgerus
Sarum cuſtos		Luidolfus
Wido hoſpitalarius		Herbordus
Boſo infirmarius		Stephanus
Abbo Camerarius		Lutharius
Othaldus cellarius		Nithardus
Alfgerus Mag. caritatum		Walho
Folebertus capellanus		Henricus
Lectores, qui ſub Warino, & præter eos,		Bruno
		Wifhardus
Hoaldus	Lectores	Widus
Wendildagus	Lectores	Haoldus
Othaldus	Lectores	Folethagus

Alferi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [40] - 28

Alfericus	Degenhardus
Bernardus	Adaloldus
Benedictus	Hogerus
Marchvvart	Waldricus
Warinus	Anno
Gerbertus	Folckehardus
Tiadricus	Rogenharius
Borchatus	Godetus
Meinehartus	Ekkerichus
Ereph	Asvadus
Rotholfus	Alfredus
Bodo	Baddo
Thiadolfus	Segefredus.
Wicbertus	

IV. SUB DANKMARO

(4) *Sub Dancmaro.*

Thiatmarus Prior	Bruno
Lanfridus portarius	wahl
Bardo infirmarius	Hillivardus
Thiatmarus	Hillibertus
Heremannus	Liudolfus
Othebertus	Wedechindus
Gumbertus	Bodo.
Reinemannus	

V. SUB AVONE

(5) *Sub Avone.*

Avo Prior	Bovo
Brunefartus hospitalarius	Sinie
Asic Mag. caritatum	Vitus
Alfricus capellanus	Justinus
Ottbertus lector	Solatius
Brunhardus	Evilpus, Episc. Halberstad.

Baldegerus	Thiatbernus
Hildevardus	Alfericus.

VI. SUB BOVONE I.

(6) *Sub Bonone I.*

Guntarius Prior	Goldulfus
Bruni cellarius	Reinvvercus
Julvvardus Mag. caritatum	Woridi
Deddi, Wicbertus, Hogerus, Wimo — Lectores	Henricus
	Erphi
	Luidolphus, qui factus eſt Epiſc.
Heltmarus	Thiatbertus
Hrodradus	Rodolfus
Erinbertus	Arderedus
Geroldus	Euricus
Hoſedus	Bodo
Gathefredus	Wifridus.
Bodo	

VII. SUB GOTSCHALKO.

(7) *Sub Gottſchalco.*

Guntarius Prior	Thiadericus
Folckhamus Præpoſitus	Adalardus
Baddo Decanus	Chriſtophorus
Brunemannus portarius	Scholaſticus
Ordulfus infirmarius	Athanaſius
Ludegerus cellarius	Berenvvardus
Macharius capellanus	Baddo
Thiadolfus & Rodolfus Lectores	Theodegarius
	Medardus
Boſo	Itzminharius
Brunehardus	Bodo
Thiatmarus	Adalvardus

Rothol.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [42] - 30

Rotholfus	Vincentius
Ludgerus	Thiadolfus
Adelgerus	Pancratius
Apollinaris	Dionyſius.
Thiatbertus	

VIII. SUB BOVONE II.

(8) *Sub Bonone II.*

Hoholdus Prior	Rotgerus
Thiofredus Præpoſit.	Aven,
GerbernusProviſor hoſpitũ	Euricus
Weremannus infirmarius	Adultus
Thiadbertus cellarius	Cyriacus
Bernmarus capellanus	Bili
Helmdagus &	Baddo
Arnoldus, Lectores	Beddo
Bernartus	Audalius
Adelgerus	Nithardus
Guntharius	Wicenmarus
Wahla	Addaſto
Chriſtianus	Chyſoſtomus
Gotheſchalkus	Eildagus
Lutharius	Bovo fit Epiſc.
Lieudolfus	Saru
Walthadus	Marchvvartus
Winingus	Folkhmarus.
Helmdagus	

IX. SUB FOLKHMARO I.

(9) *Sub Folckmaro I.*

Radebodo Prior	Allia
Amuluncius Decan.	Rodolfus
Brun Camerar., fit Epiſc.	Modeſtus
Otto Mag. caritatum	Widdekindus, Fre-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [43] - 31

Frethericus.	Reinoldus
Adim	Wifehardus
Hatholdus	Alfericus
Benno	Boja
Thiatgerus	Bernartus
Segebertus	Hogerus
Thiado	Beja
Thiatfredus	Athalricus
Helmerus	Priſcus
Fritharius	Volchartus
Marchvvartus	Chriſtinus
Hildinus	Bovo
Wido	Luidolfus
Gotheſchalkus	Hatholdus
Sydomus	Wahla
Bunico	Volckemarus
Roddegerus	Evergiſtus,
Eliſius	

X. SUB BOVONE III.

(10) *Sub Bonove III.*

Bornradus Prior	Nicolaus
Hejo Præpoſit.	Thiatgerus
Amelungus cuſtos	*Hogerus*
Alfricus Mag. caritatum	*Helmdagus*
Oddo hoſpitalarius	Agritius
Herimannus Capellanus	Siricus
Erech,	Tiadulfus
Eilbertus &	Quintinus
Weddekindus Lectores.	Dendi
Gotheſchalkus	Volkhemarus
Ekkinhartus	Rothulfus
Hogerus	Bodo Felix

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [44] - 32

Felix	Hoſed
Bernradus	Dankhmarus
Reinmarus	Wahla
Giſebertus	Thiatgerus
Florentius	Lutharius
Aileboltus	Helmwercus
Warinus	Vedaſtus
Thiatmarus	Bruno Archi Epiſcop.
Thiadericus	Othericus, Epiſc. Magdeb.

XI. SUB GERBERNO.

(11) *Sub Gerberno.*

Hildiboldus Præpoſitus	Hoſed
Oldagus Decanus	Haruth
Altwinus portarius	Bernartus
Geroldus capellanus	Adelbertus
Gotheſchalkus	Bern.
Thiatmarus	Hatvvercus
Meinehartus	Aſi
Rotholfus	Ailbertus
Unwanus	Thidericus
Bovo	Folckhmarus
Stephanus	Borchartus
Ansgarius	Adalardus
Folckhmarus	Anderedus
Albertus	Adalvvardus.

XII. SUB LUIDOLFO.

(12) *Sub Luidolfo.*

Alvardus Prior	Bola Capellanus
Meinvvercus Præpoſit.	Thidagus Epiſc. Prag.
Avo Cellarius	Aſtihulfius
Adoldus Mag. conſolation.	Gotheſchalkus
Anno Portarius	Aufricus

Adalvardus
Alvardus
Ruagus
Bernharius
Maria
Thiadulfus
Heremannus
Wedicht
Aſtihulfius
Filibertus
Rothmannus
Thiadargus
Thiadericus
Brun poſtea Papa.

Tanckhmarus
Wifradus
Meinartus
Alfericus
Volkhartus
Wigehartus
Ailebertus
Trudo
Thadulfus
Ruaddagus,
Epiſcopus,
Euſtachius
Arnulfus
Erhartus.

(13) *Sub Ditmaro I.*

XIII. SUB DITMARO I.

Odilo poſt Atvardum Prior
Alfricus portarius
Hadholtus capellanus
Berenmarus cellar.
Hunoldus
Haddo
Reinvvardus
Werinboltus
Oddo
Hemeredus
Thiadricus
Bernardus
Ruodolfus
Hoſed

Gathefredus.
Tymo
Marchvvartus
Brun
Adalricus
Bilis
Meinholtus
Gelo
Wickherus
Liborius
Folckredus
Adalbertus
Hugo.

XIV.

XIV. SUB HOSEDO.

(14) *Sub Hoſedo.*

Thiducus Prior	Folckhmarus
Havvardus præpoſit.	Bruno.
Reinholdus Cellar.	Ailaldus
Routhardus Capellan.	Wigherus
Geroldus	Alfericus
Godeſchalkus	Rinbertus
Godefredus	Thiatmarus
Wahla	Eſiko.

XV. SUB WALONE.

(15) *Sub Walone.*

Everhartus Prior	Hevilpus
Biſo cuſtos	Raboni
Ottgerus Capellan.	Luthegerus.
Bernhartus	

XVI. SUB DRUTMARO.

(16) *Sub Drutmaro.*

Fritharicus Prior	Marchvvartus
Lieudolfus Præpoſit.	Bermarus
Counrathus portar.	Eilbertus
Rukgerus cuſtos	Biſo
Heremannus hoſpitalarius	Volckhmarus
Eſik Mag. caritatum	Bruno Epiſc.
Gero capellanus	Werinboltus
Thiatmarus	Walthartus
Chriſtophorus	Bernartus
Bernardus	Heſſi
Sigfridus	Gevehardus
Bern	Luthegerus
Herini	Meinvvercus
Thiaulagus	Fretharicus
Reinardus	Herimannus

Sebaſtian.	Witmarus.
Athelbertus	

XVII. SUB ROTHARDO.

(17) *Sub Rothardo.*

Thiatmarus Prior	Arnulfus
Lieudolfus Mag. caritat.	Fulibertus
Reinmarus cuſtos	Thiatmarus
Brunogo capellanus	Bernhardus
Remaclus Lector	Wigulfus
Bernhard.	Hemeredus.
Thiadulfus	

XVIII. SUB ARNOLDO.

(18) *Sub Arnoldo.*

Saricho Prior	Martinus
Wernherus Cuſtos	Gregorius
Wido Cellarius	Servatius
Raza	Pantaleon.
Gothefredus	

XIX. SUB SARICHONE.

(19) *Sub Sarichone.*

Wittemann. Prior,	Bern.
Brantho Cuſtos	Gotheſchalkus
Henricus Capellanus	Widego
Heimbertus	Romanus
Herinbertus	Egidius
Thiadmarus	Mauritius
Meranus	Marchvvartus.

XX. SUB WERNHERO.

(20) *Sub Wernhero.*

Walo Prior	Heremann. hoſpitalar.
Tymmo Cellar.	Henricus
Sigibodo Cuſtos	Gebehardus

Haletto

Haletto	Wilil
Marcellus	Eribertus
Damianus	Gereon
Ramvvardus	Joannes.

XXI. SUB FRETHERICO.

(21) *Sub Friderico.*

Marchvvartus Prior	Deuthmar hoſpitalarius
Oddo cuſtos	Hugold.
Erkinbert. infirmarius.	Iſibordus.

XXII. SUB MARCHWARTO.

(22) *Sub Marquardo.*

Gumbertus Prior fit Abb.		Bodo
Henric. Decan. fit Abb.		Everhardus
Robertus Præpoſit.		Wilielmus
Engelhardus Portarius		Meinartus
Wyndolfus Cuſtos fit Abb.		Herimannus
Becelinus Hoſpitalarius		Geroldus
Wolframmus infirmarius		Herimannus
Buſo Camerarius		Beringerus
Bonifacius Cellarius		Ehrenfredus
Franco Mag. caritatum		Ludigerus Abbas.
Hugo capellanus		Gerardus
Waramūdus fit Abb.	Lectores.	Adelbertus
Hillinus fit Abb.		Luidgerus
Goderamus		Bodo
Gumbertus		Volkhmarus
Thiatmarus fit Abb.		Walckerus
Baringerus		Richartus
Becelinus		Odulfus
Wyndolfus		Walterus
Adelbero		Luitbertus
Heilvardus		Albricus

Trud-

Trudbertus	Abbo
Walterus	Rodulfus
Hildigerus	Anno
Adelbertus	Erimbertus
Gerardus	Adelgerus
Adalmarus	Thidericus
Geldolfus	Liutwinus
Thidricus	Henricus
Robertus	Withelrodus
Waltherus	Geroldus
Gothefredus	Erminoldus
Heremannus	Avo
Rotgerus	Liulo
Haletto	Hunoldus
Gothſchalkus	Franco
Goderamus	Reinvvercus
Ezicho.	Harchnidus
Adalvardus	Tidericus
Wido	Adelbertus
Bernardus	Folenandus
Geruvigus	Brunvvardus
Adelbertus	Liudolfus
Benno	Arnoldus.

XXIII. SUB ERKINBERTO.

(23) *Sub Erckenberto.*

Gebehardus Præpoſit.	Arnoldus
Uſico cuſtos	Rondolfus
Morardus capellan.	Lieudolfus
Adolfus	Gelbertus
Arnulfus	Hachebrandus
Ricbertus	Counratus

Heri-

Herimannus	Richbertus
Adelbertus	Othalricus
Borchartus	Lieutbrandus
Hereboldus	Gothefredus
Henricus	Liudgerus
Thembarthus	Bertoldus
Borchardus	Ekkihardus
Joannes	Wala
Reinardus	Gerbertus
Hugo	Deuthmarus
Borchardus	Rimbirtus
Henricus	Ekericus
Werfinherus	Albericus
Borchartus	Thiatmarus
Rothulfus	Counratus
Herimannus	Thidricus
Robertus	Reinvvartus
Walterus	Henricus
Adalbertus	Gumbertus
Henricus	Thidericus
Lieudolfus,	Adalbertus
Segifridus	Walthardus.
Elvingus	

XXIV. SUB FOLKHMARO II.

(24) *Sub Folcmaro II.*

Walthardus Prior	Hinricus	Lectores,
Reinvvardus Cellar.	Reinerus	
Borchartus Cuſtos	Bartoldus	
Thidericus Hoſpitalar.	Reinhardus	
Ekericus Capellanus	Rochardus	

Hille-

Hillebodus
Reinardus
Henricus
Bertholdus
Luikolfus
Reinerus
Semicho
Bruno
Degenhardus
Everlandus
Sibertus
Counrathus
Counrathus

Hereboldus
Hethenricus
Bertoldus
Sigfredus
Folibertus
Rotlandus
Rochardus
Henricus
Bruningus
Borchartus
Halekio
Henricus.

XXV. SUB ATHELBERONE.

(25) *Sub Athelberone.*

Everhardus Cellar.
Counrat Cuſtos
Rotlandus capellan.
Werinherus
Robertus
Counrat
Adolf.
Juſtus

Horicus
Adelbertus
Rotgerius
Adalbertus
Cuno
Meinvvarc.
Frethericus
Bruningus.

XXVI. SUB HENRICO I.

(27) *Sub Henrico I.*

Rothlandus Prior
Abraham.
Marchvvarth.

XXVII. SUB HENRICO II.

(28) *Sub Henrico II.*

Abraham Prior.

XXVIII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [52] - 40

XXVIII. SUB WICPOLDO.

(28) *Sub Wicholdo.*

Heinricus Prior	Bruningus
Athelbertus Præpoſit,	Abraham
Othelricus Decan.	Heremannus
Counrat Portarius	Alexander
Sadſo hoſpitalarius, &	Frithericus
Poſt eum Severin. Coſtius	Wernerus
Liudolfus infirmarius	Borchartus
Counrathus cellar.	Sifridus
Gono Mag. caritatum	Mechtfredus
Athelbertus Camerarius	Iſiko
Fikko Cuſtos	Herimannus
Remaclus capellanus	Liudolfus
Reinmarus, Sigebertus, Adalgerus, Volkhmarus } Lectores,	Giſelbertus
	Rocholfus
	Robbertus
	Marchvvartus
Godaminus	Heremannus
Hildevvardus	Tegenhardus
Engelgerus	Bruno
Reinardus poſtea Præpoſit. in Eresberg.	Counrathus
	Arnoldus
Heithenricus poſtea Præpoſit. in Gröningen	Liudolfus
	Unargus
Reinardus, poſtea Præpoſit. in Kaminatha.	Hartmannus
	Wizelmus
	Weddekindus.
Anthonius	Heitholf
Anaſtaſius	Reinerus
Tidericus	Buſſo
Walterus	Adolfus
Tidericus	

Counratus	Tidericus
Elumigus	Berenvvigus.

XXIX. SUB COUNRATHO.

(29) *Sub Conrado.*

Adalgerus Prior	Adalvardus
Hartmannus Cellarius	Stephanus
Wedechind. infirmarius	Placidus
Heremannus capellanus;	Zacharias
FF. quos ipſe adſumſit, ſunt:	Samuel
David	Juſtinus.

XXX. SUB WITTEKINDO.

(30) *Sub Wittekindo.*

Herimannus Prior.
Duos tantùm fratres ex ſua familia aſcivit.

XXXI. SUB DITMARO II.

(31) *Sub Ditmaro II.*

Anſelmus Prior
Chriſtophorus Cuſtos
Caſpar
Philippus
Maurus,
& adhuc unus è ſua gente Stokhuſiando.

XXXII. SUB HUGOLDO.

(32) *Sub Hugoldo,*

Bernhard. Prior	Lieudolfus
Henric. Cellar.	Vitus
Counrat Cuſtos	Adelgarius
Sebaſtian. Mag. caritatum	Caſparus.
Rodoulfus hoſpitalarius	

XXXIII. SUB HERMANNO I.

(33) *Sub Hermanno I.*

Adelbertus Prior	Engelhartus Præpoſit.
Conrad. Præpoſit. major	Tymmo Præp. Kaminatenſ.
	Luidolf.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [54] - 42

Luidolf. Præp. de Schaken.	Joannes
Luidolf. Præp. de Aroldeſſen	Adolf.
	Stephanus
Joann. Camerarius	Gerandus
Reinerus Portarius & poſt eum Seriverus	Alexander
	Eſcuinus poſtea Præpoſitus
Tymo Senex	Herimannus
Georgius	

XXXIV. SUB TYMMONE. (34) Sub Tymmone.

Henricus Prior	Simon
Fredericus Præpoſit.	Albertus
Borchartus Cellar.	Antonius
Henricus Cuſtos	Reinardus.
Riquin. Mag. caritatum	

XXXV. SUB HENRICO III. (35) Sub Henrico III.

Luidolfus Prior	Henricus Præp. Eresberg.
fuit etiam ſub Henrico	Samuel
Prior Florentinus	Auguſtinus
& Albertus.	Juſtinus
Bernhard Præpoſitus	Henricus
Reinard. Capellanus	Albertus

XXXVI. SUB RUPERTO. (36) Sub Ruperto.

Crato Prior
Herimann. Præpoſit.
Hinricus Camerarius
Frethericus Hoſpitalar.
Dithmarus.

XXXVII. SUB THEODORICO I. (37) Sub Theodorico I.

Bodo Prior & poſt eum Godefredus,

Gotschalc. Præpositus
Gotschalc. Camerarius
Thomas
Casimirus.

XXXVIII. SUB HENRICO IV.

(38) *Sub Henrico IV.*

N. Præpositus
L. Prior
H. Camerarius
Portarius
Hospitalarius

Wilhelmus
Ernestus.
Reliqua nomina erant à blattis exesa.

XXXIX. SUB REINHARTO I.

(39) *Sub Reinhardo I.*

Duos reperio Priores, alter erat Bodo, alter Gislemarius. Jeremias custos, & post hunc Tidericus.

XL. SUB ERNESTO.

(40) *Sub Ernesto.*

Omnia erant confusa, Vice Prioris fungebatur alieni monasterii homo A.

XLI. SUB BODONE.

(41) *Sub Bodone.*

Bernhard. de Calemberge Prior
Wilhelm Præpositus tom Rode
Conrad. de Plettenberg Præpositus in monte Martis
Anselmus
Gotthard
Michaël
Elias. (c)

Multi ex his facti sunt Sanctissimi Gentium Apostoli, ArchiEpiscopi, Episcopi, & aliis in locis prælati, Viri sanctitate doctrinâ, omnique virtute conspicui. Non

(c) *Meibom. etiam dedit indicem FF. Corbeiens. T. I. rer. Germanic. p. 755. at distinctiùs & prolixiùs singula* Petrus *noster usque ad* Bodonem Pyrmontanum, *seu ann.* 1371.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [56] - 44

Non eſt Diœceſis ferè in tota Germania, cui Corbeijæ non dederit præſules ſuos. (d) Totus Septentrio ex puſilla hac æde ad fidem perducta eſt. Ideo pro incitamento poſterorum, ſi qui ſperandi ſint meliores nobis, ſyllabum hunc adjungere volui. Poſt exceſſum *Wicpoldi* magno zelo Prælaturam ingreditur *Counratus*, qui ſecundùm officium & privilegium Apoſtolicum (e) in monaſterio & extra *ad altare ſedens, quæ ſpectant ad animæ ſalutem, populum fideliter docuit*, ùt probi Anteceſſores & ſucceſſores ſui. Putant homines noſtri, tonſuram & habitum formare monachum; (f) & Prælati opinantur, ſe patrâſſe grandia, modò in otio, luxu & libidine ſua conſeneſcant, & Priori negligenti, aut veſano Magiſtro tot animarum curam relinquant. Olim non erat ita. Amabantur & docebantur tunc ſub rigore diſciplinæ à Patribus fratribusque bonæ artes, linguæ & Sacrum Scripturæ ſtudium. Prædicabant Antiſtites ipſi verbum Domini, ibant ad gentes, ſalutis earum cupidi. Omnis cura, intentio & amor lucrum animarum. Nunc verò

Conrad. prædicat.

Queſtus ſincerus Autoris.

(d) *Sedi Romanæ miſit Corbeia* Gregor. V, *antea Brun. dictum. Vid. theatr. m. illuſtr. Corb. Viror. c. 1. & diſſ. m. hiſt. IX.* Hamburg. & Bremenſi *Eccleſ. Anſgarium, Rembert. Adelgar. Hoger. & Wimonem*; Colonienſi *Brunonem. Ottonis M. fratrem*: Magdeburg. *Othericum*, Pragenſi *Thidagum*, Upſalienſi *Stephanum, omnes Archi Epiſcopos*: Halberſtad. *Thiagrin. & Evilpum*, Hildeſ. *Alfrid. Ludolf. & Walbert.* Oſnabrug. *Marquardum*, Ferdenſi *duos Brunones*, Tuſciæ *Adelbertum*, Monaſterienſi *Weſtfalor. Sigfrid.* Spirenſi *Arnoldum*, Padeborn. *Bernhard. & Henric.* Mindenſi *Wulbrandum. & plures alios Archimandritas exteris & vicinis.* (e) *Conceſſit, ſeu potius confirmavit, Adrian. IV. anno* 1154. Wicboldo, *& omnibus ejus ſucceſſoribus*, juxtà altare ſedere, populumque infrà commiſſum eis monaſterium, vel cellas, quæ attinent ad animæ ſalutem, docere. *Conf. diſſert. m. hiſtoric. VIII.* (f) *piè Thom. à Kempis L. 1. de Imit. Chriſti c. 17.* Habitus & tonſura modicum confert, ſed mutatio morum & integra mortificatio paſſionum verum faciunt religioſum. Qui aliud quærit,

infra dignitatem & eminentiam ſuam reputant Abbas, Præpoſitus, Decanus & prior, qui tamen viliſſimi ruſtici & opilionis aliquando degeneres filii ſunt, & quò viliores eò pejores, in ſacra cathedra ſtare, & populo verbum Dei explicare, aut ſimilia pietatis officia facere. Imò licèt velint, ob ruditatem tamen plerique non valent. (g) Quis jam currit in aquilonoria loca? Sufficit *Ansgarium*, *Rembertum*, *Hogerum*, *Stephanum*, & alios ſimpliciores monachos id feciſſe. Nos de meliori luto ſumus, & magis ſeria domi tractamus. O ordinem noſtrum inverſum & minimè benedictum! Annô MCLXXVI. *Cuno de Lüchtringen*, devotus miles, S. Chiliano pro ſalutari pœnitentia dedit quatuor ſancta Evangelia; aurô & margaritis pretiosè ornata, cum verſibus inſcriptis:

1176. *Cuno de Lüchtingen.*

Sancte, tibi ſanctum trado, Chiliane, *volumen*;
Continet hoc ſanctum (*ùt cernis*) *Evangelion.*
Redde tuum peccatori, Chiliane, *favorem*,
Ac ora pro me, ſic ego ſalvus ero.
Hoc optat Cuno: *ſupplex hæc* Cuno *precatur*,
Cuno *cliens tuus eſt*, *Tuq; Patronus eris.*

Venerat *Hüxori* ſub circumſpecto regimine *Wicpoldi* ad conſiſtentiam ſuam, & magis magisque celebris fiebat amæna civitas, nec opibus aut potentiâ carens. *Amelunxiani* miniſteriales monaſterio & urbi multa facientes damna, & vineas, agros, paſcua vaſtantes ubique exercebant malitiam ſuam. Quorum ferociam ut compeſceret *Counratus*, ſtruxit circa annum Domini MCLXXVII.

quàm purè Deum & animæ ſuæ ſalutem, non inveniet, niſi tribulationem & dolorem. (g) *Conf. Ad. Bremenſ. L. I. c. 57. & Kranz. L. III. Metrop. c. I. qui cordatiùs de veteris Corbeia Zelo diſſerunt.*

MCLXXVII. caſtrum *VVilleborch*, (*h*) ex quo domare poſſet homines inquietos. Annô ſequente in feſto communis Patroni ſacra celebrârat ſolenniter *Counratus*, quibus finitis cum hoſpitibus ibat ad prandium. Manus autem cùm lavaret, *annulum pretioſum*, à Counrato Rege pro confirmatione lipſanorum S. Viti cuſtodiæ ſeu advocatiæ datum, doponit in feneſtram, & inter fabulandum oblitus ejus, ſedet ad menſam hilaris. Habebat *corvum* nimis facetum, qui ſemper prandenti aderat. Ille fortè cernens *annulum*, rapit & avolat, nullô hoc advertente. Poſt prandium Abbas ſentit, *annulum* eſſe amiſſum. Quæritur, at nuſpiam invenitur. Fiunt multi ſuſpecti. Iratus Archimandrita in veſperis furem, quisquis etiam fuerit, anathemate ſacro ligat. *Corvus* in nido ſuo cœpit ægrotare & totus contabeſcere, omniumque oculos effugere. Abbas nil tale ſuſpicans, amator avis ſuæ, quærit, ubinam eſſet illa? Sed nemo poterat invenire. Tandem inopinatò quis dixit: *quid ergo ſi corvus iſte fur eſſet? eja, conſcendemus arborem, & viſitabimus lectum ejus.* Et ecce! avis in ſterquilinio ſuo cubans & agone, miſerabile ſpectaculum præbuit viſitantibus. In ſordibus autem ejus *annulus*. Res ſubitò nunciatur *Counrato*, qui maximè mirans fulminis ſui efficaciam, reperto nunc *annulo*, pœnam relaxat. Sic *corvus* ſenſim vires nitoremque recepit. Quam hiſtoriam veriſſimam peculiari libellô conſignavit *Joannes de Deſſel*, Canon. S. Petri. (*i*) Ite nunc, profani & protervi, ac temnite ſacras ſacerdotum minas, quarum vim Deus etiam

1177. *Caſtrum Willburg.*

1178. *Corvus annulum furatur.*

Excommunicatur.

(h) Statuimus etiam, ut quicunque Abbas caſtrum *Willborch*, quod Tu, *Conrade*, ad defenſionem Corb. Eccleſiæ muniviſſe videris, in beneficium alicui conceſſerit, anathematis vinculo, donec reſipuerit, teneatur, *ait Papa Victor.*

(i) *integrum dedi libellum indiſſ. m.* de corvo hoc ex communicato, *Dec. II. Eph.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [59] - 47

Aliæ hist. memorabiles.

etiam in bestiis ostendere voluit. Audio, Alexandrum, doctum cœnobitam, plura hujus rei collegisse exempla, (*k*) ut sanè mirabilia in brutis non satis demirari valeamus. Piâ contemplatione dignum censebat *Augustin. Stüberlin* parochus, cur satanas in specie *serpentis* protoplastos deceperit, & Spiritus S. in forma *columbæ* vertici Salvatoris insederit? Quod cùm in concione audiret *Bartholom. VVisch*, homo malè sanus, scrupulosiùs & impiè sciscitabatur, an *columba*, seu *columbus*, & num *atra* vel *candida* fuerit? Idem ille historiam S. *Justini*, caput suum amputatum ad matrem deferentis, irriserat, verùm visibiliter punitur à Deo. Altero enim die in *Hocvvar* (*l*) cùm piscaretur, placidissimâ spirante aurâ, & fortè adnatantem propinquiùs *lupum* cerneret, manibus capere voluit. Sed improvisò è navicula in Wisara prolapsus æternùm periit. (*m*) Discite justitiam moniti, nec adeò contemnere Divos! Erat apud S. *Chilianum* fenestra retrò summum altare, magnis insignibus splendidè ornata, in quibus *stella nigra* cum inscriptione: ENST. (*n*)

Barthol. Wisch.

Stella S. Kiliani.

Stella *viam ostendet*: *maneant tua gaudia* cella;
Sella *tibi Satanæ* bella *fugare potest.* *Blasius*

Cur. ann. V. annex. Conf. Wolf. lect. memorabil. T. I. edit. Halberstad p. 168.

(k) *Vid. quæ de grata* ciconiæ *pietate, & de* porcis, *sacrilegii vindicibus; ex eodem Insulano citavimus differt. alleg.* §. 24. *seq. & in breviar. ej. rer. memorabil. num.* 55. (l) *vocem hanc optimè explicat Ludov. Imp. in lit. dat. XVI. Kal. Jul. annô Imperii ejus Decimo nono indict. X. Piscatio quædam erat in Wisera, in pago* Wimodia, *cui confinis villa* Luisti, *in Comitatu* Abbonis, *quæ quia in similitudinem* palorum, *quos incolæ* hocas *vocant, constructa,* Hœvvar *nuncupabatur.* (m) *Vid infrà ad ann.* 1435. (n) *Cùm* nigra *stella fuerit, utiq;* Waldeccensis *Comes Erneſt feneſtram istam dederit. Hi enim habent* nigram *stellam octo radiorum in flavo campo:* Svvalenbergii *stellam* fulvam *in rubeo campo totidem radiorum, quorum uni insidet hirundo. Sternbergii* rubeam *stellam in flavo campo similiter octo radiorum. Sunt ergo omnes hæ familiæ unius ejusdemq;*

Blasius Bürgel senior, cùm, unico filio *Conrado* in monasterio *Amelingsborn* mortuo, alterum conjugium recusaret, domum suam cum amplo horto in urbe dedit Conventui, ut in fraternitatem receptus ab eo ad dies vitæ sustentaretur ibidem. Soli ergo Deo vacavit, & gratus fuit Fratribus Vir *rotundus & facetus*. In magna ista guerra *Leonina* (o) cui implicitus erat *VVedechindus* (p) etiam *Hüxori* vastabatur. Scripserunt multi de ea, qui videantur. *Counrat* Abbas annô MCLXXXI. ad superos transiisse videtur. 1180. *Blasius Bürgel.* *Bellum Leoninum.*

Counrathus, pius & Zelosus pater, cujus formidabilem vocem etiam bestiæ sensêre, ut cuiq. suum justè redderet, Deo spiritum, almæ Matri corpusculum, gloriam, industriâ & justitiâ partam, FF. suis reliquit. Nihil spectas, hîc tu si quæras eum. Abi, & vive mortis memor! Anno MCLXXXI. *Epitaph. Conrad. Abb.*

Jonas Imthier in horto quondam fodiens *Corbeiæ*, reperit *argenteum nummum* pendentem unciam, quem obtulit *VVedechindo*. In altera ejus parte stabat S. *Vitus planè nudus*, in forma formosi *pueri*, *hilari facie*, & *manibus non complicatis*, cum inscriptione: S. VITUS PATRONUS CORBEIENSIUM. *Nummus VVarini.* 1186.

Stabat autem in *olla aquæ*, *seu picis potius plena*, *super prunis candentibus posita umbilicotenus*. In altera numi parte, & quidem in umbilico: A DEO ET HLUDOVVICO: in circumferentia:

G WARI-

originis, quæ in diversas stirpes abeuntes, insignia nonnihil variârunt. Sola adhuc superat Waldeccensis, *Principis titulo nuper aucta.* (o) *Quàm graviter* Henr. Leonem *Udalricus Episcop. Halberst. irritârit & infestârit, vid. apud Arnold. Lubecens. L. II. chron. c. 17. & 28. Adde hist. de Henr. Leone T. I. rer. German. Meibom. p. 430 seqq. At quam talionem ille rependerit Antistiti, vid. apud eund. Arnold. in chron. mont. Sereni ad ann. 1180. Kranz. L. VI. Saxon. c. 40. & in addit. ad Lamb. Schafnab. ad ann. 1175.* (p) Spigelius *à Desenberg, Abbas XXX, qui sedit ab anno 1181. ad 1204.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [61] - 49

WARINUS, DEI MISERATIONE ABBAS NOVÆ CORBEJÆ AD WISERAH. (q)

Ecclipsin Solis magna insecuta est pestilentia. Anno MCXC. *Meinardus*, monachus Segeburgicus, Christi doctrinam primus intulit in Livoniam. (r) Terribile sanè, quod alii de *VVittechindo* nostro referunt. Et licèt certus non sim de veritate rei, transcribo tamen. Temulenti alicujus anima descenderat in infernum, ubi Diabolum super os putei sedentem vidit. Dum stupet abominabilem visionem, ecce *VVettechindus* Corbeijensis adducitur, cui satanas, præmissâ salute, calicem ignitum pice & sulfure repletum porrigit, simulque in puteum conjicit. Alter ille in atrio inferni stans summo cum tremore conspicit singula. Tunc Satanas, & istum mihi, clamat, adducite. Misellus hîc Angelo suo tutelari sanctum nuncupat votum perpetuæ abstinentiæ ab omni temulentia per totam vitam suam, modò ex hoc periculo liberaretur. Somnô discussô notat diem horamque, quibus hæc acta erant. Rediens in Saxoniam, audit eôpse tempore *VVedechindum* ex hac vita migrâsse. (s) Miles, non Abbas erat, & sœpius castra sequebatur (t) magno cum dispendio territorii sui. Etiam Coloniæ à Patribus Ordinis nostri pro verbo hæc mihi narrata sunt. Nolo tamen judicare servum alienum. Nove-

1190. *Meinardus.*

Hist. de Wittekindo Corb.

(q) *Pingunt jam Corbeienses Patronum suum stantem, dextrâ tenentem* palmam *scevâ* librum, *cui* avis *insidet: ad pedes pueri jacet* leo, *lambens eos. Propiùs autem nummus noster ad historiam S. Viti accedit, & sic quoq; conspicitur in insignibus Capituli* Elvacensis, *modò quòd ibi junctis manibus pingatur, hîc verò hilari fronte, quasi non moveretur, seu torqueretur flammis.* (r) *Vid Dav. Chytræi Saxon. L. X. p. 293.* (s) *Dedit eandem visionem Cæsar. Heisterbaccensis L. XII. Miracul. c. 40. & ex eo D. Frid. Former. Episcopus Hebronnens. & Suffragan, Bambergens. L. II. de temulentia & ebriet. c. 13. p. 172.* (t) *Vid. hist. de*

Noverit ille, qui omnia novit, an ita ſit necné. Interim qualis vita, finis ita. Certè de bellicoſo ejus animo faſti monaſtici diſertè loquuntur, & quidem mirabilia. Sed digrediemur ad alia. *Georgius Schonbeck*, plebanus in Gadelhem, ex urbe aliquando ebrius per cymiterium tranſiens, obvium habuit Virum proceræ ſtaturæ & magnæ auctoritatis. Qui durâ voce, *heus*, dixit, *Georgi*, *unde ſeu quorſum*? ille obſtupuit. Tunc ſenex protenſo digito: *Niſi vitam moresq́; tuos emendaveris, peribis in via. Jam vade, & idem nuncia ſociis tuis.* Georgius autem in graviſſimum morbum cecidit, & tandem in melancholiam cum delirio. Quod licèt per intervalla remitteret, pavidus tamen ſemper & ſecum muſſitans oberravit ſeriæ devationi addictus. Obiit in capella S. *Gertrudis*. Annô MCXCIV. calida & ſicca æſtas erat, ut etiam pueri in Wiſara luderent. Annô MCXCVI. die B. Sixti obiit *Henricus*, ob fortitudinem *Leo* dictus, Princeps glorioſus & magnanimus. (u) Valedixit etiam *Albertus Thonerius*, Presbit. & Vicar. Pathabrunnenſ., qui Hüxorianus fuit, hiſtoriarum ſimul peritus, cujus ſcripta *Conrad. Fontanus*, Monach. Ord. noſtri, accepit & diſperſit. Anno MCXCVII. Parochus quidam ſub tilia cum ruſticis Saltantibus potans die Dominicâ, iſto veſpere de ſcala lapidea, quâ in cellam ſuam deſcendere voluit, lapſus animam perdidit in ſanguine ſuo. (vv) *Simon Abel* citharædus fit converſus in Amelingisborn. In Saxo ejus inciſa verba: PLACET, JACET, TACET! ſubtus verò cithara. *Abraham Pramm*, Hüxorienſis civis, ex Hiſpania redux, attulit S. Chilia-

1191. *Temulentus monetur.*

1194. *Æſtas ſicca.*

1196. *Henric. Leonis obitus. & Alb. Thonerii.*

1197. *Parochi potantis pœna,*

1199. *Sim. Abel,*

Abrah. Pramm.

Henrico Leone *apud Meibom. T. I. rer. German. p. 433. c. m.* (u) *Vid. hiſt. ejus apud cit. Meibom p. 430.* (vv) *Similem ferè exemplum vid. apud Bang. in chron. Thuring. ad ann. 1203.*

Chiliano reliquias de S. *Iacobo*, inter benefactores ejus relatus. Annô MCC. *Bruning.*, Abbas Bresbergensis, candelabrum novum largitus est S. Chiliano. *Hugoldus*, doctissimus claustralis, è Corbeija postulatur Abbas monasterii S. Michaël. Hildes. cui summâ cum laude præfuit. (x) *Eduardus de Nannexen*, benefactor S. Chiliani, mirabiliter periit ex solo terrore annô MCCIV. (y) Quidam in Wittechindum sic:

1200. *Bruningus Abb.*

1264. *Hugold. fit Abb.*

Eduard. de Nannexen.

Epitaph. Wittekindi.

Wedechindus genere, naturâ & professione, contra suam professionem, Miles, stolam & loricam unâ manû prehendens, crebriùs in campo, rariùs in choro, visus, de patrimonio S. Viti haud modicum decoxit. Certavit, at num bonum istud certamen? viderit nunc ipse. Heîc jacet, qui quiescere noluit, utinam in pace!

1205. Anno MCCV. captus est *papilio* à pusiunculis ludentibus in cymiterio, in cujus dextra ala *duodecim nigra punctula* in forma literæ A eleganter erant dispositа, in sinistra totidem literam O repræsentantia. (z)

A & O in alis papilionis.

1207. *Ridicula urinæ provocatio.*

Erat in vicinia rusticus, qui à pueritia non potuit absque insigni difficultate mingere, nisi *fistularet*. Quod autem si faceret, urina copiosè profluebat. (a) Annô MCCVIII. habebant Canonici ad S. Paulum passerem vetu-

1208. *Passer cornutus.*

(x) *erat S. Theol. D. vir valde peritus, & in omni religione devotus, bene rexit XVII. annis, obiit anno 1221. Chron. Monast. S. Mich. T. II. rer. German. Meibom. p. 520.* (y) *Circa vesperum in horto sedens fessu nudo capite piè meditabatur. Prætervolat fortè ciconia, è pascuis reversa, ore tenens magnam ranam, quæ verò ad sonitum bombardæ, eôdem momentô nescio à quo in vicinia explosæ, rostro excussa decidit in calvitiem Eduardi, & ex hac in sinum ejus. Subitò è naribus obesi & Sanguinei Viri sanguis cum strepitu quasi profluxit, quem nemo sistere poterat, bono Præposito circa sequentem auroram extincto. Dec. II. Eph. Cur. German. ann. VI. fascic. obs. 10 annex. num. 28.* (z) *de alis* locustarum *ann. 1690. in Hungaria visis, literisq; ebraicis insignitis Dec II Eph Cur ann IX. obs. 120.* (a) *Alius non potuit mingere, nisi motu prius in circulo facto Dec. II. Eph.*

vetulum cum corniculo plumato in vertice. (b) *Thietmarus*, qui priori anno cœperat sedere, desiit, excellens historicus, qui historiam Saxoniæ suæ scripturus morte impeditus consummare haud potuit (c) *Hic dormit, qui insomnis semper erat, Dithmarus Stokhusius, pro Dei gloria & salute Corbeiæ suæ, quam Deo commendat, ad perpetuas mansiones properans. Anno.* *Thietmari obitus.* *Epitaph.*

Anno MCCIX. *Hugoldus* in solenni curia apud *Würceborg*, cum multis aliis Principibus ab *Ottone*, confirmationem privilegiorum adeptus est. (d) Ridiculum verò, quod de *Liborio* ejus circumfertur, qui dum gravidæ matri *anguillam* denegâsset, ipsaque furtim deglutivisset vivam, mox integra ea è corpore prodiit. (e) Annô MCCX. *Matthias Glaserer* restio habebat *gallum* planè *album*, qui tertiô ætatis anno, instante vere, omnes plumas pennasque suas commutavit cum nigris, ut ex *candido ater* factus sit totus. (f) Sequente annô *Martinus de Minningerode* Miles in annosa *quercu* dissecta reperit perfectum *baculum*, seu *pedum episcopale*, eleganter à natura depictum. (g) In *anser mare* cor inventum est prorsus *triangulare*. (h) Et in ædibus *Gerhardi Rottenmajeri* anserculus exclusus *unipes* cum capite *rostroque ciconiæ*. (i) Has & similes historiolas, ficubi reperi, non sine animi vo- 1209. *Hugoldus.* *Anguilla vorata viva exclusa.* 1210. *Gallus albus fit niger* 1211. *Pedum in quercu.* 1212. *Cor triangulare.* 1213. *Anser cum rostro ciconiæ.*

ann. II obs. 177. *& ann. VIII. obs.* 80 *Dedysuria* verberibus *curata ann. V. in app obs.* 26. (b) *Varia animalia p. n.* cornuta *stiti in Lagograph. m. curios. S. I. c.* 3 *p.* 47 *seqq. de cornu anatino Dec. II Eph curios. ann. IX. obs.* 169 (c) *de opere hoc historico nos alibi latiùs.* (d) *Vid. Arnold. Lubecens. L. VII. chron. Slavor. c.* 18. *&* 9. *Cyr. Spangenberg chron Sax. c.* 244. (e) *dedimus hanc historiam integram &c* de anguilla *S. I. c* 3. *§.* 19. *p.* 100. *seq.* (f) *de alio, ex* nigro *qui factus est* albus, *vid. Dec. II Eph cur. ann. IX. obs.* 163. (g) *Conf* zeitkürtzende ergötzliche Lust *num* 112. *p* 287 *Dec I. Eph. ann I obs* 116. (h) *De alio in totum* globoso *Mæb Fund. Med Physiolog c.* 12 *p.* 234 (i) *De gallo cum capite* canis venatici, *& anate cum* pedibus felinis *vid.* zeitkürtzende Lust *num.* 24.

luptate miratus sum, easque inspergere volui, ut ubique digitum Altissimi stupeas. Desiderabat *Jacobus Sæbeler* Pastoratum Amelunxensem. Scripsit ergo *Hugoldo* pro sua simplicitate ita:

1214. *Libellus supplex pro obtinendo pastoratu.*

Rev. Dom. Pater. *In excelso statis, ut inferioribus faciatis benè. Noverit ergo* Paternitas *vestra, parochiam in* Amlunchsia *adhuc vacare, cui si me præficitis, Deo gratum erit. Est enim patria mea.* Et *debetur mihi præsellentia de jure. Cogitate igitur, sicut scriptum est; Episcopatum qui desiderat, bonum opus desiderat. Et Pastoratum qui confert, bonum opus facit. In* latinissimo *quidem non sum magnopere versatus, sed hoc nihil ad religiositatem. Apostoli nec* latinistæ, *nec* Courtisani *erant, & tamen boni magistri. Ego præstanda præstabo docendo, declamando, monendo, culpando, vigilando, famulando vivis & defunctis, quæ requiritis à religioso. Pro retributione beneficii* Vobis & S. Vito, Patrono meo unico, *votum feci, ut singulis annis in festo ejus habeatis* candelam cereaceam ad duo talenta, *&* decem missas *in anno, quousque missas cantare possum; quinq; pro* S. Vito, *& quinque pro* Paterni tate vestra. Dat. *Amlunchsiæ anno* MCCXIV. *die B. Alexii. Monica*, proba soror in *Kaminatha*, illâ ipsâ nocte, quâ decessit, vidit coram lecto stantem senem quendam cum *almucia*, scyphum *amarulentum* propinantem, qui dixit: *bibe Monica, poculum salutis erit. Amarum, sed carum.* (*k*) Annô MCCXXI. abiit *Hugoldus* ad meliora:

1218. *Visio Monicæ.*

1221. *Hugoldi obitus.*

Nunc abit ad pacem pacis studiosus Hugoldus,
Sit pax vobiscum fratres,
Omnis enim est in pace salus.

Obtulerat isti *Hugoldo* Albertus de Everstein pro pecunia

(k *Similem historiam dat Autor hist. de Landgrav. Thuring. c. 64. de* Agnete, *Marchionissa Misniæ.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [66] - 54

cunia oppidum suum *Lüden*; Sed noluit emere. *Tidericus Calmer* Cos. novum altare dedit S. *Chiliano*, sepultus ad idem postea. Anno MCCXXVII. *Eustachius de Bevern* podagrâ vehementer afflictus afferri jussit *triticum recens*, eique pedes immersit bono cum effectû. Tentavit pluries & semper feliciter. (l Anno MCCXXXI. obit Northemiæ *Counrat Sigfred*, monachus Benedict. ex *Hüxori*, tanquam *scolasticus*, cui muneri LIX. annis satisfecit. *Fratres Kalendarum* ex monte *Ottonis* migrantes locum fecerunt novo Ordini Cistertiensi. *Herimannus* enim, laudabilis Abbas, & Zelo plenus, ex *Isenmach*, hospitio S. Elisabethæ, probas Virgines huc transtulit magno cum emolumento totius patriæ. Sed non diu manserunt in loco haud satis tuto & commodo. Bene manserunt tamen, quod in territorio Corbejensi manserint devotissimæ sorores. (m In monte *Ottonis* erant sequentes:

Offertur ei Lüda, 1223.

Novum altare. 1227.

Triticum antipodagricum. 1231.

Conr. Sigfried, 1234.

Ordo Cistercienſ. plantatus Otbergæ.

Eusemia, Cunegunda, Hilburga, VVinneka, Joanna, Elisabetha, VVineburgis, Christina, Anna, Vrsula, Barbara, Maria, Bertha, Magdalena, Agnesa, Catharina.

Nomina sororum.

Annô MCCXXXVI. migrant ad *S. Egidium* in Brugenfeld ultrà Wisera, morantes ibi XI. annis. Nomina earum. 1236.

Migrant ad S. Egidium.

Beata, Rectrix & Domina, *Lucia, Heva, Juliana, Aleidis, Hadvvigis, Mechtildis, Irmingard, Gertrud, Brigitta, Elisabetha, Angela, Candida, Athanasia, Margreta, Maria, Salome, Judith, Helika, Gisela, Dorothea.*

Nomina earum.

Annô MCCXXXVII. *Anastasia Rosen* misit S. Chiliano tria maldera boni *brasii*, (n & *Anna de Bortfeld* dedit minutum *herbagium* in *Ickershusen*. (o *Reinart.* de *Garmissen* Solda- 1237.

Anastasia Rosen

Anna Bortfeldia.

Reinh. de Garmissen.

[l *erat* Sext. Pompej. *experimentum apud Plin. L. XXII. c.* 25. [m *Vid. dissert. m. historic VI.* [n brasium *est hordeum maceratum pro coquenda cerevisia*, [o herbagium *villa est, seu prædium*,

1240. *Erasm. Saltberg.* soldarius [p obtulit *troparium* sacrum. [q *Erasmus Saltberg in almucia* depictus [r conspicitur in refectorio Mariæ mũstrensi, cum subscriptione

Exemplum priscæ virtutis & pietatis
Hic Erasmus erat: ergo sit in requie!

1243. *Incendiarius Combustus.* *Andreas Schemmel* blasferius [s captus & crematus est.

1244. *Apollonia de Bossen. Dorothea Pyrmontana.* *Apollonia de Bofzen* dedit tegumentum super altare summum pulcrè *brudatum*. [t *Dorothea de Pyrmont* altare S. Crucis liberaliter dotavit & auxit.

Omnis in excelsa cruce stat victoria nostra,
Ornatum hinc sanctæ das, Dorothea, cruci.

1246. *Damasus Leu,* *Damasus Leu*, Lagotheta, [u singulis annis in festo Paschatis vestimenta dedit pro quatuor pauperibus scholaribus.

1247. *Moniales veniunt in vallem Dei. Nomina earum.* Anno MCCXLVII. translocantur sorores à S. *Egidio in vallem Dei*, ubi vixerunt sequentes:

Anastasia	Prisca	Regina	Floriana
Scolastica	Antonia	Joanna prophetissa,	Justina
Bertradis	Veronica		Susanna
Cunegund.	Adelgund.	Rosina	Helena
Oda	Christina	Hildegardis	Feliciana
Athelburgis	Sophia	Suanehildis	Martha
Magdalena	Gertrud.	Rixa	Clara
Pia	Mechtild	Engelheidis	Rebecca
Irmengardis	Apollonia	Adelheidis	Lucia
Wineka	Theodora	Margreta	Catharina
Sophia	Constantia	Anna	Sabina
Anna	Concordia	Sibylla	Beata
Emerentia	Juliana	Esther	Hedewigis

Theo-

[p Soldarius *miles alienigenâ mercede conductus* [q troparium sacrum *est volumen veterum sacrarum cantionum*, [r Almuciæ *autor meminit ad an 1158. & 1218. erat pallium pelliceum, quô sacrificuli caput Sumerosq; tegebant.* [s Blasferius *incendiarius est*, [t Brudatus *ie. acupictus*, [u Lagotheta, *qui Principi à rationibus est.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [68] - 56

Theodata	Hidda	Bibiana
Hildeburgis	Joanna	Teretiana
Hadvvigis	Franciſca	Priſca
Emeka	Agatha	Helena
Margaretha	Apollonia	Anna
Walburgis	Benedicta	Maria
Giſela	Monica	Columba
Catharina	Cæleſtina	Vincentia
Margaretha	Modeſta	Severa
Eliſabetha	Placida	Sophia
Cæcilia	Barbara	Conſtantia.
Oda	Catharina	

& aliæ, quarum nomina in cœlis ſcripta ſunt. Plurimæ fuerunt ex inclytis familiis *Amlunxen, Bevern, Rehbock, Haversfort, Malsborg, Snakenborg, Campe, Albaxen, Lüchtringen, Spegel, Jude, Vslar, Reklinghuſen, Brobach, Gadevviſch, Grube, Hopenhuſe, Selſen, Olendorp, Hagen, Riemen, Munichhuſen, Haken* &c. Idem *Herimannus* FF. *Minores* Ord. S. Franciſci *Hüxori* induxit anno MCCXLVIII. ubi ampliſſimum templum & monaſterium habent. Sed iſti mendicantes nec vitâ modeſtiori, nec doctrinâ elegantiori profuêre, nec docuêre in ſcholis, uti par erat, juventutem, ipſimet ignorantes. Verum ex urbe in villas continuò curſitantes de peculio & ventre ſuo tantùm ſolliciti erant. Dixit mihi mater mea, fuiſſe aliquem ex iſto Collegio P. *Georgium*, qui moleſtâ ſui converſatione omnibus odio tædioque erat, currens tamen vicatim. Sed cum *butyrum* adſpicere nequiret, cives hominis pertæſi nec citiùs aut longiùs fugare poterant, quàm appoſito butyro. Sanè tot ordines religioſi minùs mihi probantur. (vv) Omnium autem monachorum peſſimi

1248. *Minoritarum origo Hüxaria.*

 ſunt

(vv) *Adde Paul. Lang. chron. Citiz. p. 759. edit. Piſtori an.* 1583.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [69] - 57

sunt *mendicantes*. Licèt enim præstantes aliquando Viri nomina suaiis dederint, quibus reverentiam dabimus, de plerisque tamen, quod dixi, mecum affirmaveris.

1249. *Pons super Visurgim.*

(x Idem *Herimannus* sequente anno pontem fieri curavit super Wisera sumtibus civitatis *Hüxori*. Sic enim literæ desuper confectæ:

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. *Herimannus*, Dei gratiâ Corbeigensis Abbas, omnibus præsens scriptum intuentibus notum esse volumus tàm præsentibus quàm futuris, Quod Nos considerato servitio & gravibus expensis, circa Nos & Ecclesiam nostram à *Burgensibus Hüxoriensibus* factis, de communi consensu Ecclesiæ nostræ licentiam damus eisdem pontem ultra *Wisarah* construendi, ita tamen, ut annuam pensionem, videlicet *unum talentum levis monetæ*, quod Dominis nostris Corbeigensibus de transitu, quod vulgò **Fehrgeld** dicitur, solvebatur, persolvant, & illud talentum, tum aliâ pensione in naturam *gravis monetæ* redactum, de molendino Burgensium, super *VVisurah* constructo, singulis annis Portarius & Cellarius recipiant in festo B. Viti. Si verò casus infortunatus, seu insperatus acciderit, quòd propter sœvitiam hyemis, aut glaciem nimiam ponti imminentem, pons destrueretur, sicut prius licentiam liberam habeant & auctoritatem ad commodum suum reædificandi. Et ne successoribus nostris occasio detur inhibendi, vel factum nostrum infringendi, omnes Castrenses fide datâ promiserunt, id invidabiliter observandum, quorum hæc sunt nomina. *Albertus* & fratres sui *de Amelungessen*, *Hermannus de nova Ecclesia*, *Arnoldus de Porta*, *Hereboldus de Boffensen*, *Albertus de Marpa*, *Arnoldus de Haversforde*, *Giselerus de Elboldinchen*, *Alexanter de Gundelsen*,

(x *Conf. sis Aventin. Annal. Bojor. L. V. in proœmio.*

delsen, Hugo de Sudhem, Karulus de nova Ecclesia, & alii quàmplures. Ut autem hoc factum firmum permaneat, præsentem paginam tam nostro, quàm Ecclesiæ sigillorum appensione fecimus roborari. Acta sunt hæc annô Domini MCCXLIX. Prælationis nostræ anno XXVIII.

Circa annum MCCL. Ecclesia *S. Petri* splendidè ornata & dotata est, ut elegantiâ, amplitudine & reditibus ferè superârit S. *Chilianum*. Ut *noctua* huic ominosa erat; sic illi *corvus & columbæ*, S. Nicolao *formicæ*; Cùm enim terminos templi Petrini circumscriberent, duas in area ista invenerunt *columbas*, cum *corvo* prœliantes, cumque vincentes. Primum verò apud *S. Nicol.* omen erat *acervus formicarum*, in opere & labore suo fervens. Et cùm primum lapidem templi *Minorum* FF. jam jam ponere vellent, occurrit *asinus* ad muros pabulans. Inde versus:

1250. *Ecclesia S. Petri.*

Omen ejus.

& aliorum templorum.

Noctua *te*, Kiliane, *facit semper* vigilantem;
Candidus *&* purus *Petrus ùt formosa* columba,
Quæ gerit impuro cum corvo *prœlia victrix.*
Formica *assidui Pastorum emblema laboris*;
Fratribus *ast* asinus *præcepta* Minoribus *hæc dat:*
Omnia fortiter *ut tolerent onera ac* patienter.
Noctua, formica atque asinus, corvusque columba
Templorum Hüxoria, *hæc sunt ornamenta tuorum.*

Circa annum MCCLI. obdormivit in Domino laudabilis Abbas *Herimannus de Dassel*, cui è Fratribus Minoribus *P. Adrian.* hoc posuit.

1251. *Hermanni Abb. Morb.*

Herimannus, D. G. Abbas S. Eccles. Corb., pedo & ense FF. suis reddito, Ipso Ma-- die placidè in Domino obdormivit, relinquens posteris memoriam sempiternam & summum desiderium sui. Hic sorores Ordin. Cistert. primus in Diœcesin suam intulit;

Epitaph.

tulit; & FF. Minor. S. Francisci Ecclesiam & domicilium dedit in Hüxori, largissimus eorum benefactor; Omnia reliqua per XXX. Prælaturæ suæ annos ad Dei gloriam, & Vtilitatem Ecclesiæ, urbisq. nostræ emolumentum semper egit fideliter. Sit nomen ejus benedictum. Ann. Dom. MCCLI.

F. Adrian. è minor. S. Francisci in Hüxori.

1252. *Integer agnus vivus voratus.* Anno MCCLII. *Philippi Stramfers* uxor gravida integrum *agnum paschalem* satis ponderosum, vivum, *cum pelle & lana, cum stercoribus & intestinis* avidissimè voravit in uno prandio. (y Indiario *Henrici Soldani* reperi, natam fuisse

1253. *Puella cum palliolo nata,* puellam [ubi verò, non addidit,] omnibus membris pulerè perfectam, vivamque sed *tenui pallido carneo rubicundo* vestitam: **se hatte ene klen mantelchen ům sick bit**

1254. *Pediculi in barba.* **op die helfte**/ tertio autem die mortua est. (z Mendicus claudus, **der lahme Arend** / longiori & sordidâ nigrâ barbâ præditus, mullos in ea alebat *Pediculos*, quos digi-

1255. *Puerperium felix.* tis captos vorabat. In reliquo corpore nulli erant. Annô MCCLV. *Christoph. Kniebitts* uxor *Barbara* cum aliis linum in Wisara nudis pedibus portans, ut palis intrusi fasciculi macerentur in ea, sentit dolores partûs sui. Abit ergo retrò cynosbatum, fœtuque ex cluso paulò post redit. Deducta verò à mulieribus in domum suam.

1260. *M. Iustin. Lippiensis.* (a Veniens annô MCCLX. M. *Justinus* Lippiâ in ædem S. Petri, datâ prius particulâ de pollice S. *Petronillæ*, ostio inscripsit: (b.

Petra *mihi* Petrus *sit cum sancta* Petronilla.

Indulgentia. Eodem annô *VVedechindus de Hoja*, Episcopus Mindensis, largissimas dedit indulgentias omnibus *S. Petrum* nostrum in Hüxori adjuvantibus, secundùm bullam:

VVede-

(y *Vid. etiam Foreſt. L. XVIII. obſ. 7. in ſchol.* (z *ſimile exemplum ex miraculis Fincelii affert Schenk. L. V. obſ.* 174 (a *Idem L. IV. obſ.* 163. (b *erit* iſte Juſtinus, *cujus Lippiſtorium edidit Meibom. T. I. rer. Germ. p.* 578. *ſeqq.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [72] - 60

Wedechindus, Dei gratiâ S. Mindenſis Eccleſ. Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, literas has viſuris, aut lecturis, ſalutem in Domino ſempiternam cum ſincera caritate. Univerſitati veſtræ per hoc ſcriptum notum facimus, quòd, ad inſtantiam & humilem petitionem Civitatis *Hüxortenſis*, ad Eccleſiam *S. Petri* perpetuam dedimus indulgentiam, ut, quicunque in *anniverſario dedicationis & conſecrationis* iſtius Eccleſiæ, in feſto *Paſchatis, Pentecoſtes*, & *nativitatis Dominicæ*, in feſto Beatorum Apoſtolorum *Petri ac Pauli*, & in omnibus *ſolennibus feſtis*, Glorioſæ Dei Genitricis *B. Mariæ*, nec non in feſto Patroni noſtri, *S. Jacobi* Apoſtoli, humiliter ac devotè ad præfatam *S. Petri* Eccleſiam, beneficia ſpiritualia petituri, per octo dies convenerint, adque *ornandam, ampliandam, reparandam*, & *conſervandam* eam pias eleemoſynas largiter contulerint, aut miſerint, vel alio piô intuitu adjutriceſei manus dederint, Nos de Omnipotentis Dei miſericordia & B. Petri ac Pauli Apoſtolorum glorioſiſſimis meritis firmiter confiſi, *annum unum & carenam unam* omnibus iis, de injuncta eis pœnitentia, *ſingulis annis in perpetuum* relaxamus. Datum *Hüxori* annô Dom. Incarnat. MCCLX. in vigilia B. Apoſt. Matthæi.

Bulla PP. Ciſterc. Valli Dei data.

Eôd. annô Patres *Ciſtertienſes* ex Capitulo generali hanc bullam miſerunt pauperculis ſororibus *in valle Dei* (c.

Frater H. Abbas Ciſtertii, totuſque Conventus Abbatum Capituli Generalis, univerſis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam, dicente Apoſtolo, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recipientes, prout in

(c *Ejusdem ferè tenoris eſt bulla data FF.* Portenſibus *eod. anno & loco apud Pertuch. L. I. chron. Portenſ. p. 286. ſeqq.*

corpore geſſimus, ſive bonum, ſive malum, oportet Nos diem meſſionis bonis operibus prævenire, ac, intuitu æternorum, ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu colligere valeamus in cœlis, firmam ſpem ponentes, quòd qui parcè ſeminat, parcè etiam metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus quoque metet vitam æternam. Cùm igitur Abbatiſſa totusque Conventus *in valle Dei* lamentabili prorſus voce Nobis ſignificâſſet, quatenus ab *Herimanno*, bonæ memoriæ Abbate *in Corbeja Saxonica*, primùm plantatæ ſint *Odbergen*, & poſtmodum, ob latrocinia, aliasque incommoditates, abhinc ad *S. Ægidium* in campo *Brôgenfelde* translatæ, propter frequentiam verò ſeculatium hominum, eorumque pernicioſa ſcandala, ab eodem pio Abbate nuper *in vallem Dei* deductæ, in qua ob ſummam inopiam vix inpoſterum ſubſiſtere, & cultui divino commodè vacare poſſent, niſi liberalitate fidelium Chriſtianorum & piis eleemoſynis ſubleventur. Qua propter Nos humiles ſororum preces maximè attendentes, Univerſitatem veſtram in Domino precamur, ut pauperculis iſtis conſororibus noſtris, pietatis & caritatis intuitû, quisque de bonis à Deo ſibi ex gratia collatis gratuitas eleemoſynas ſincero amoris affectû erogare dignetur, & pro his omnibus æterna felicitatis præmia à Deo certò exſpecter. Nos verò omnibus ac ſingulis, qui prædictis conſororibus *in valle Dei* eleemoſynas dederint, vel miſerint, ſeu quocunque demum modô egeſtatem earum ſublevaverint, & ad ſtructuram earundem Monaſterii, ejuſque inſtaurationem & conſervationem, propter Deum aliquid contulerint, eis affectuosè concedimus plenariam participationem omnium

cha-

charismatum ſpiritualium in vita pariter & morte, quotquot fiunt, aut fient in univerſo Ordine noſtro per totum terrarum orbem. Datum Ciſtertii annô Domini MCCLX. in Capitulo generali.

Magna nunc oritur confuſio & diſſenſio inter *Sedem* Pathabrunnenſem & Corbeijenſem. *d Simon* quippe *Svvalenbergicus* ex odio Eccleſiam B. *Adalgarii*, nuwe Kerke dictam, petulanter deſtruxit. Quamvis enim ſub ſpecioſo ſatis prætextu integram transferret in *Hüxori* ad S. *Petrum* exque *Paulinis* Canonicis novos ſibi cuderet *Petrinos*, omne id tamen contra piam Fundatoris mentem & privilegia Apoſtolica fuit. *(e* Erat autem iſte Simon, Vir aliàs non culpandus, ſimul *Proviſor* ùt Bremenſis, ſic Corbeijenſis Eccleſiæ. Quâ auctoritate multa ad utilitatem Monaſterii fecit. Verùm electo *Tymone* in Abbatem, & exauctorato *Simone*, tutorium nomen dabatur *Heinrico*, Præpoſito Pathabrunnenſi. Quod *Simon* non concoquere poterat. Erant multi Canonici Pathabrunnenſes in Eccleſia nova ſimul Canonici, ex gratia Abbatum conſtituti, ipſique vitæ ſtrictioris & diſciplinæ arctioris pertæſi. Captantes igitur hanc occaſionem, & deficientes à Corbeija, tranſibant ad *Simonem*, translationem hujus Eccleſiæ omni niſu promoventes, inque matrem recalcitrantes. Revocabantur Canonici ad antiquam ſuam Eccleſiam, promittebant etiam Abbati obſequium. Sed verba erant & amplius nihil. Sic Eccleſia B. *Adalgarii* ſenſim collapſa eſt. (*f* Anno MCCLXXI. obiit *Tymo* Abba,

1266. *Translatio Eccleſ. S. Pauli ad S. Petrum.*

1271. *Tymonis obitus.*

Vitæ

(d *notanter vocat* Sedem, *autoritate ſcilicet Stephani VI.* (e *ita enim Adrian. IV. anno* 1154. Volumus etiam, ut Præpoſitura Clericorum Eccleſ. *S. Pauli*, quæ vocatur nova *Eccleſia*, ſub ejusdem Corbeijenſis Abbatis ordinatione, ſicut hactenus, ſemper conſiſtat &c. (f *vid. diſſ. m, hiſt. VI, & 16.*

Vitæ pertæſus Tymo hâc tellure ſepultus,
Vir probus & juſtus atq; benignus erat.

Hüxaria incenſa. 1274.

Eôdem annô iſte *Simon* Hüxori ſpoliavit & incendit hoſtiliter. (g Annô MCCLXXIV. *Otto*, Epiſcopus Mindenſis, antea monachus Ord. Prædicatorum, *caſulam & patenam* S. Petro miſit. *Ambroſius Kuhlemann*, Hüxorianus, & monachus in *Amelingesborn*, in feſto S. Viti *Henrico Homburgico* carmen obtulit, pro quo novum habitum recepit, & plauſum ab omnibus.

Caſula & patena. Ambroſ. Kuhlemanni.

S. VITUS,

In Solenni Ejus feſtivitate,

HENRICO HOMBURGICO,

Abbati Religioſo & Docto Corbeigiæ Saxonicæ,
oblatus à

F. AMBROS. KUHLEMANN,

Mon. reformat. Ciſtert. ad amœnum Amelungi fontem.

1278. Carmen in S. Vitum.

FIdus ego VITO invitâ cantabo Minervâ,
Donec in hac vita, fide, ſuperſtes ero.
Salve, ſancte puer, Martyr *Lucane*, Patrone
Corbegiæ, ſancti gloria magna chori.
Feſta dies rediit, quâ vota precesque feruntur,
Quâ plauſus populi & jubila lata ſonant.
Quâ pueri atque ſenes devotâ mente canentes
Gloria in Excelſis: per tua rura meant.
It clamor cœlo: findunt ſuſpiria nubes,
Ac clamat *factum* fœmina masque *bonum!*

Salve,

(g *Conf. hiſt. Ludov. Pii Letzneri edit. ſec. c. 28. p. 88. B.*

Salve, ſancte puer, nondum miracula ceſſant,
In te, ſeu perte quæ Deus ipſe facit.
Singula quid referam? ſacri ſeriò illa loquentur
Annales: paſſim grataque turba canit.
Vite, tuam vitam (mihi fide!) fideliter ipſe
Fratribus ac Patribus prælego ſœpè meis.
Diligit *Ambroſius Vitum*; redama *Kuhlemannum*,
Sic quater is fauſtus terque beatus erit.
Salve, ſancta dies, quam magna *Lutetia* fecit,
Cùm nobis ſancti pignora ſancta daret.
Saxoniam ex *ſerva liberam*, *Dominamq́*, potentem
Feciſti, populis quæ imperat æqua ſuis. (h
Auditum *ſurdis*, & *cæcis* lumina, greſſus
Das *claudis*, morbum vis tua quemque fugat.
Aſt citiùs ſabulum numerabo in littore ponti,
Omnia quam *Viti* dixero facta mei.
Senſit vim plumoſa tuam, quis credet? beſtia furti (i
Conſcia. Sed referam, cùm juvet, hiſtoriam.
Annulus aufertur *Counrado*, relligioſo
Abbati, à *corvo*, cùm lavat ille manus.
Portat is in nidum ſubitò, rens, rem bene geſtam,
Abbas at ſacro fulmine ſtringit avem,
Ignotum furem: *corvus* quaſi planè *leproſus*
In nido nudus mœſtus & usque jacet.
Sentit & in toto prægrandia *tormina* ventre,
Longaque vicinæ fabula plebis erat.
Alvi ſubſequitur *fluxus*, mirabile viſû!
Et ferè nunc *corvus* triſte cadaver erat.
Inveniunt aurum tandem: ſacra ira faceſſit,
Quilibet & miſeræ valde miſertus avis.

(h Quô adveniente Saxonia ex ſervitute facta eſt libera, & ex tributaria multarum gentium Domina. *Wittekind. L. I. annal. p. 11.* (i *ceſpitat hîc in furore ſuo* Ambroſius,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [77] - 65

At priſcæ redeunt gelida in præcordia vires,
Vita redit, redeunt & color atque calor.
Quisquis es, à brutis anathemata diſce vereri,
Vox nunquàm incaſſum relligioſa ferit. (k
Verba ſacerdotis læſi ſunt fulmina, crede,
Si ſapis, hæc certè fulmina ſancta cave! (l
Salve *Corbegia* ſanctæ ſanctiſſime Cuſtos,
Salve delicium præſidiumque meum.
Te, veniente die, quoque Te fugiente canemus,
Gloria ſit *Viti* ſemper in ore mei.
In Domino celebrate pium pia pectora feſtum,
Et grates grato reddite corde Deo.
Sic Vos & veſtros pax & concordia cinget,
Atque erit in veſtris ædibus alma Salus!
Accipe, sîs, tenue hoc, *Henrice Homburgice*, carmen,
Ambroſius fidâ quod Tibi mente dedit.
Servet Te divina ſalus! ſerventur ut omnes,
Quos Dominus fidei tradidit ipſe tuæ.
Firmet amicitiam: Da Tu, *Corbeigia*, COR-BEY,
Atque tuus *Schön-born* fons, *Amelunge*, fiet.

Confirmatio jurium bonorum in valle Dei.

Eôdem annô *Henricus III.* ſororibus *in valle Dei* omnia jura & bona confirmat. Anno MCCLXXIX. petente *Engelheide* Abbatiſſa, *Sibylla* Prioriſſa, & toto Conventu *in valle Dei*, conſentiente *Henrico* Conbeijenſi, Abbas in *Amelingisborn* à *Nicolao IV.* viſitator & curator in ſpiritualibus datus eſt, ſecundùm bullam ſequentem: Nicolaus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio ..... Abbati in *Amelinchsborn*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm Abbatiſſa & moniales Ciſtercienſes in *valle Dei* propè *Conbegiam Saxonicam*, conſentiente *Heinrico* Abbate,

1279. *Abbas Amelunxborn. viſitator ordin. in valle Dei.*

(k *Vid. diſſ. m de corvo excommunicato* §. 22. (l *venuſtiùs hanc hiſtoriam cecinit Angelinus Gazæus in piis ſuis Hilariis edit. Muſſipont. p. 66. ſeqq.*

bate, humiliter Nobis supplicârint, quatenus curam earum in spiritualibus Tibi *specialiter & personaliter* committere dignaremur. Nos de *tua religione, vitæ munditia, probitate, & circumspecta providentia* plenam in Domino fiduciam habentes & sperantes, per Te spiritualiter sorores profuturas, Discretioni igitur Tuæ hoc Apostolico scripto mandamus, ut curam earum sollicitè gerens, semel in anno *circa festum* S. *Mich.* Archangeli officium religiosæ visitationis iis impendas, & *Professioni Monialium* istius monasterii semper interfis, easque in monachas, benedicente Domino, benedicas, monachalem habitum eis largiendo. Dat. Laterani VII. Id. Sept. annô Incarn. Dominicæ MCCLXXIX. Pontificatûs verò Domini Nicolai IV. annô primô. (*m*

Anno MCCLXXX. Patruo meo, *Bartholdo Visselbeccio*, Canon. S. Petri, in superiori linguæ parte creverat *verruca*, sic, ut nec deglutire, aut loqui, vel cantare valeret amplius. Multis frustrà adhibitis, tandem consiliô opilionis, hominis jamjam defuncti manus pedesque illotos adhuc lambit, & omnis disparuit verruca. (*n* *Georg. Hellbart*, sartor, icteritius, svasû sororis, contra *ictterum* devorat tres *pediculos asininos* in pomo aslato, sed pessimè cessit ei hoc ferculum. (*o* Anno MCCLXXXV. recipit monasterium in Valle Dei Corbeijense in fraterni

1280. *Verruca lambendo curata.*

1284. *G. Hellbart icteritius.*

1285. *Receptio in fraternitatem.*

tatem. I 2 Reve

(m *eandem visitandi licentiam Innocent. Abbati* Portensi *dedit in monasterio* Catharinian o *ejusd. Ordin. extra muros Ispacens. Diœces. olim Mogunt. Et licèt in vicinia, ùt* Volkerodæ *& alibi, ejusd. reformationis Abbates essent, ipsæ tamen moniales eligebant* Portensem. *Pertuch. chron. Portens. L. I. p.* 287. (n *Conf. Th. Bartholin. C. III. obs. anat* 66. *Rationem hujus rei dabit Frommann. L. III. de fascinatione P. II. c.* 6 *p.* 479. (o *De horrenda* phtiriasi *ex pediculis comestis in eodem morbo fascic. I. obs. m. Med. Phys. num.* 60. *Dec. II. Eph. Cur. ann. V. annex. Similem casum, & quidem morte subsecutâ, vid. Vol. III. Act. Med. Hafn. obs.* 91. *Dabimus plures C. III. obs. nostr.* 41.

Reverendis in Christo Patribus, Fratribus & Dominis, Domino *Heinrico* Abbati, totique congregationi Ord. S. Benedicti in Corbeja nova Ego *Margreta* Abbatissa, *Floriana* Priorissa, totusque Conventus pauperculi monasterii *in valle Dei* S. reformacionis Cistert. Salutem in Christo sempiternam. Pio vestro caritatis & devotionis affectui, quô Deum & Ordinem nostrum, nec non exiguum monasteri olum in *Valle Dei* sincerè semper dilexistis, talionem aliquam rependere Nos anxiè cogitantes, unanimi pioque consensu, cùm aurum non habeamus, quod autem habemus, in nomine Jesu Vobis dabimus, concedimus Universæ Congregationi Corbejensi communionem omnium orationum, Missarum, jejuniorum, abstinentiarum, castigationum, meditationum, & omnium omninò laborum nostrorum & operum spiritualium, quæ in sororibus nostris nunc & in perpetuum hîc operari dignabitur divina Salvatoris gratia. Addimus insuper, ut quamprimùm obitus alicujus ex Vobis nostro claustro fuerit significatus, id pro eo fiat, quod pro omnibus consororibus nostris, secundùm ordinis constitutionem. In evidentius hujus rei testimonium sigillum Capituli nostri jussimus appendi. Datum *in valle Dei* anno MCCLXXXV. in festo S. Catharinæ Virg. & Mart.

1286. *Heyso C. de Luttersberg.*

Anno MCCLXXXVI. *Heyso*, Comes de *Luttersberg*, ob votum S. Vito factum, proficiscitur Corbeijam. Inde veniens *Hüxori*, totum Clerum & Senatum in curiam invitavit ad prandium magnificè præparatum. (p *Frethericus de Adonais* quatuor marcas argenti dedit S. Petro

Adonais.

pro

(p *Comitatûs* Luttersbergici *ad Hercyniam siti meminit Krantz. L. VIII. Sax. c.* 32. Heyso *hic ultimus gentis suæ fuit, & obiit ἄωαις, relinquens ditionem suam Brunsuicensibus, qui in feudum dedêre Hohnsteinensibus.*

pro remedio animæ ſuæ. (q Vitus Glæſer cum *Alheide* ſua collaturus quid ad S. Petrum, ſingulis annis in feſto S. Michaëlis cuilibet Canonico aſſignavit *caſeum ovillum* & *quinque ova* recentia. Forſitan hic ruſticus ex pia ſimplicitate acceptius Deo obtulit munus, quàm multi alii, qui ſaltem dant, ut videantur, & laudentur ab hominibus. *Floriana de Seelſen*, docta monialis *in valle Dei*, & Prioriſſa ibidem, elegantem homiliam de *filio viduæ in Nain* ad Henricum Homburgicum ſcripſit. Promtè loquebatur latinè, in controverſiis & articulis fidei benè exercitata, ut ſanè, niſi ſilentium imponeret mulieri Apoſtolus in Eccleſia, eruditè potuiſſet concionari, altera *Anaſtaſia, Helena, Gorgania* & *Rosvvitha*. (r Perlectâ hâc homiliâ ita reſcripſit Archimandrita Florianæ. 1290. *Floriana de Seelſen.*

Henricus, humilis & indignus Abbas Corbejenſis Religioſæ & eruditæ Sorori *Florianæ*, Prioriſſæ *in Dei valle*, ſalutem & gratiam in Domino ſempiternam. Dici vix poteſt, quantâ me perfuderis lætitiâ. Legi & relegi, volvi revolviſque ſermonem tuum, de *viduæ Nainiticæ unico filio* doctè pieque conſcriptum, tanto acumine judicii, ut vix eruditius id mihi promitteret ſenior aliquis Theologiæ Lector. Deus Te porrò ducat in omnem veritatem. At cùm in vaſibus admodum fragibilibus omnem noſtrum, *Floriana*, circumferamus theſaurum, aſſiduis precibus in vita illibata porrò implorabis Deum, omnis boni fontem, ut Sp. ejus S. ſemper tibi adſit, cujus gratiam non poteris certiùs obtinere, aut retinere quàm verâ *humilitate*, omnium chriſtianarum virtutum regina, *Litera ad eam*,

(q *citatur hic Frideric. ùt teſtis anno* 1308. *Filiam ejus duxit Comes* Hallermundanus, *qui inde dictus eſt Dominus* in Adonais. (r *effigiem, vitam & panegyrin hujus Helenæ à Roſſovv, monialis Gandersheim, vid. T. II. rer. Germ. Meibom. p.* 706. *ſeqq.*

regina, & genuino vitæ monasticæ ornamento ac charactere. Ego cum Fratribus meis in omnibus precibus Tui ero memor. Vale in Domino Jesu Christo! Ex capella S. *Gertrudis* in vigilia S. Benedicti anno MCCXC.

1291. *Fons propè Vverthenam.* Anno MCCXCI. Fons propè *VVerethana* à cane scabioso primùm detectus (quod etiam de fonte *Amelungi* ajunt,) qui multos febricitantes aliosque restituisse creditur. (ſ Anno MCCXCVI. dum *Martin. Zaumerus* missam legebat in templo Petrino, vertici ejus junior *passerculus* insedit, quod pro fausto omine habebatur, ùt exitus probavit. Mox Hildesheimii ampliori præbendâ potitus, eò concessit circa festum S. Benedicti. Alterô autem anno eodem die, & eâdem ferè horâ febri malignâ occubuit. *Hermann. Locher.* pro perpetua sui memoria omnem hæreditatem contulit S. Petro, domum scilicet, hortas duas, tria pascua, & villam in Ovehusen, cum quatuor mansis. *Christoph. Scherbe*, parochus in Lüchtringen, duo dedit talenta ad summum altare. *Otto Janner*, Eques Hierosolymitanus, de petris in passione Dominica fissis magnam particulam Ecclesiæ nostræ attulit. Mox apoplexiâ tactus dormitorium obtinuit in medio templi, translatis omnibus suis ad idem.

1296. *Mart. Zaumer.*

1297. *Herm. Locher,*

1298. *Christoph. Scherbe.*

1299. *Otto Janner.*

Epitaph. ODO JANNER WESTFALUS, EQUES HIEROSOLYMITANUS, VIR DOCTUS, HUMANUS ET SINCERUS, MULTISQUE PEREGRINATIONIBUS INCLYTUS, NEC NON SPECIALIS ECCLESIÆ HUJUS BENEFACTOR, DORMITORIUM HIC SIBI ELEGIT. IV. ID. JUL. MCCXIX.

QUIESCAT IN PACE!

Amen.

Cùm

(ſ *Conf. zeitk. erbaul. Lust num. LIV. p.* 144.

Cùm igitur cerneret *Henricus Homburgicus*, FF. minores in *Hüxori* non tendere ad eum, quem *Herimannus* præfixerat, ſcopum, ſed vel ſua, vel aliena tractare, & civibus moleſtos ingratosque eſſe, unà cum conventu ſuo & civitate unanimiter in hunc modum convenit anno MCCCI. in vigilia Gregorii Papæ, ut poſthac nulli monachi, ſeu mendicantes, ſeu non mendicantes fuerint, cujuscunque ordinis aut regulæ, recipi debeant, ſic, ut intra muros urbis domos, hortos, alias ve proprietates habeant, emant, poſſideant, ſub quocunque etiam titulo id practicaretur. (t Utinam in noſtris cœnobiis ſcholæ floruiſſent ſemper, nosque ſecundùm regulam vixiſſemus monaſticè, non phantaſticè, nec *Franciſcani*, nec *Dominicani*, aut *Bernhardini* orti eſſent. At ſocordia, luxus, & vita noſtra inordinata omnes iſtos fratres ſuperinduxit. *Henricus* Abbas ſuperis adſcriptus hoc accepit encomium:

1300. *Monachi mendicantes propria non habeant,*

Votum Autoris.

1301. *Henrici Horburg. mors.*

Henric. de Homborch, Abb. Corb. XXXV. bonus Paſtor tàm in ſpiritualibus quàm temporalibus, ſub hoc ſaxo glorioſum Domini adventum in ſpe & pio timore exſpectat anno MCCCI.

At quàm difficile ſit commoda ſua æquâ mente pati, *Hüxori* noſtrum comprobat. Surrexerat urbs florentiſſima ad faſtigium dignitatis & gloriæ ſuæ, ut primaria eſſet inter omnes viciniores. Habebat ſiquidem jura & privilegia ſua ampliſſima in ſacris & politicis juſtè acquiſita, tribunal, propugnacula, majores minoresque gildas, & omnimodam libertatem ſuam. Harmonicè conſpirabat cum *Corbeija* ſua, cùm altera alterius opem poſceret & obtineret. Neutra verò fortunam hanc ſuam agnovit. Illa opes & dignitatem urbis limis oculis intuens,

Motus Hüxorienſes.

(t *literas Henrici dedêre Hüxarienſes in deduct. jurium & gravamin. ſuorum num. 44.* in Beylagen.

intuens, nõn ſatis tutam ſe credidit, niſi, ceu ſpõngia aquæ plena, urbs ſubinde fortiùs exprimatur. Hæc contrà ſorte ſua elata, & fidens potentiæ ſuæ nimiùm, parvi fecit monita, juſſa, minasque Dominorum Abbatum. Sic intra muros & extra peccabatur. Hinc multæ ſimultates, inimicitiæ, lites, rapinæ, & nulla ſalus. Sentientes hoc ipſi *Corbeijenſes* & *Hüxoriani* non ſine jactura ſui, ex conſilio prudentum Virorum, magnos hos motus tandem feliciter compoſuêre. *Robertus* ſiquidem *Horbuſanus*, Vir ſapiens & diſcretus, transactionem fecit cum urbe perpetuam, ſublatis omnibus gravaminibus, diſſidiis & prætenſionibus ex utraque parte. Literæ latæ ſunt anno MCCCXXXII. die S. Gertrudis, quibus non Abbas tantùm, cum Capitulo ſuo, ſed etiam, majoris fidei, roboris & auctoritatis gratiâ, Civitates *Marsburgenſis* & *Volkemiſſen* ſubſcribebant. *Pacificatorias* haſce vulgò vocant Söhnebrieff/ quòd omnes inimicitiæ utrinque nunc extinctæ & ſopitæ ſint in perpetuum, reductâ & ſtabilitâ firmâ concordiâ inter monaſterium & urbem nunquam violandâ. Et ſanè ſubſequentes Abbates, in confirmatione jurium & privilegiorum civitatis, literas haſce *Robertinas* fide ſacerdotali firmiter & abſolutè approbârunt, ut factæ ſint *murus aheneus* inter monaſterium & urbem. Annô MCCCII. in monaſterio Kaminatenſi naſcitur *vitulus*, cujus *cauda* è fronte ſuper os pependit, *oculi* verò erant in pectore. Anno MCCCIII. *Anno* de kant S. Nicolao *ciborium*, *planetam* & duos *mulctones* dedit, ùt literæ habent. *Planeta* ultimum ſacerdotis veſtimentum eſt, poſt ſtolam quod induit. *Mulctones* ſunt verveces. Annô MCCCIV. *Bartoldus Lay* obtulit eidem poſt mortem ſuam *manetium* ſuum in Amelunxia.

Söhnebrieff.

1302. *Vitulus monſtroſus.*

1303. *Anno* de kant / key. muttones

1304. *Bartold. Lay.*

Manetium

Naneticum est habitatio cum certa agri portione. Annô MCCCV. natus est *lepusculus* cum pedibus anterioribus & posterioribus à natura conjunctis. (u Alius in campo Beverensi captus cum absoluto *cati sylvestris* capite. Mordax semper fuerat & ceteris formidabilis. Annô MCCCVI. *David Fincker* S. Chiliano donat duo nova *analogia*, seu pluteos, in quibus verbum Domini legitur. Annô MCCCVII. *Guntherus*, Episcopus Pathabrunnensis, concessit *Hüxorianis*, ut imago B. V. in ponte poneretur, & oblationes ad eam fidelium pro reparatione pontis adhiberentur. Annô MCCCVIII. *Sabina Gebertin* vidua pro *annali* suo, seu die anniversario, quo defunctæ memoria colitur, dedit S. Chiliano omnem *annuitatem*, vel annuos reditus, quos hactenus habuit ex manso suo prope Gadelhemium: *Daniel Roth*, Hüxorianus, & monachus Helmarshusanus, multa congessit utilia & fideliter descripsit. Anno MCCCX. *Ioann. Kalcker.*, *aporiatus cottarius*, ein amer Köter / dedit ad *alfetum* Decani tria plaustra ligni betulini. Per *alfetum* calefactorium intelligo. In pomario Kaminatensi anno MCCCXI. ad veterem juglandem prorupit fungus grandior, *agnum paschalem*, pede anteriori *vexillum* ferentem, exactè repræsentans. (vv Annô MCCCXII. in cymiterio S. Nicol. *culmus siliginis* sponte natus, crassus firmusque utrinque XII. aristas habuit, inque cacumine unam omnibus majorem, eminentiorem ac fertiliorem. Excussus iste culmus dedit grana siliginis ultra *duodecies centum*. (x Quàm mirabilis Dominus in omni opere suo! Annotavit *Martinus Griperus*, Heremannum, K capel-

1305. *Lepores monstrosi.*

1306. *Dav. Fincker.*

1307. *Imago B. V. in ponte.*

1308. *Sabina Gebertin.*

1309. *Daniel Roth.*

1310. *Ioann. Kalcker.*

1311. *Fungus agniformis.*

1312. *Culmus siliginis mirabilis.*

1313. *litera Corb. inscripta.*

(u *De lepore bicorpore, alioq; cum uno capite, tribus auribus arrectis, & octo pedibus vid. Dec. 1. Eph Curios. German. ann. II. obs. 200. & 201.* (vv *Conf. de fungis anthropomorphis Dec. 1 Eph. curios. ann. II. obs. 55.* (x *Vid. sis etiam ejusd. Dec.*

capellanum *Counrati* Abbatis, cùm, peractis in *Gadelhem* sacris, tempore hyemali sub crepusculo Corbeiam tenderet, *Brunonis burgum* præteriens, venisse ex eo *pusillum* aliquem Virum, *formosi* vultûs, cum *crispula & alba barbulâ*, dextrâ gerentem *clavam* minorem, sinistrâ *literas Sigillatas* & *complicatas*, quas aperto capite, factâ prius reverentiâ, obtulit *Heremanno*, rogans, ut Prælato suo traderet. Ille diu tergiversans tandem accipit & offert. Pusillus verò iste cum gratiarum actione secessit in montem. Literæ hæ erant:

Sisreunoc te sisreunep in bæcor. Teama COP. Tavite SIL. Ton anrut mine anomi strave taca sue noba leu lama tins. Vetace te vepate.

Counratus in cella sua reposuit & nemini monstravit, nec summam earum intellexit. Diu post mortem ejus *Sebastianus*, caritatum magister, sub *Hugoldo* illas fortè reperit, easque per inversionem & transpositionem sic reddidit.

Conversis & perversis in Corbea. Amate COP. *Vitate* SIL. *Notantur enim omnia vestra acta, seu bona vel mala sint. Cavete & pavete!* Quid vero *COP.* & *SIL* sit, variè expenebant interpretes. Sebastianus per *COP* intellexit *castitatem, obedientiam* & *paupertatem*. Per *SIL superbiam, ignavium, luxum*. Et hæc explicatio optima mihi videtur. Sigillum literarum erat *crux rubra* in *nigro triangulo*.

Earum explicatio.

1314. *Buntckonis Liberalitas.*

Annô MCCCXIV. in veteri registro hæc inventa sunt: Sub *Luidolfo* monasterio *novæ Corbeiæ*, quod super fluvium *VViſara*, in honorem B. Protomartyris *Stephani* & S. *Viti*, constructum est, in pago *Augensi*, (y nobilis

(y *ann. obs.* 112, & *ann. VI. obs.* 115.

(y nobilis Vir *Bunicho* à graviſſimo morbo ope S. Viti & *Juſtini*, quorum corpora ibidem quieſcunt in Domino, liberatus, pro gratitudine utriſque fieri fecit novam ciſtam argenteam. Cùm tempore meſſis anno MCCCXV. omnes ruſtici *Boſzenſes* in campo eſſent, & neſcio quo casû incendium oriretur, anſeres ad ſepimenta pabulantes id animadvertunt, volantque ad campanam, quam alis ſuis tamdiu pulſant, donec datô ſignô ruſtici concurrerent, ignemque reſtinguerent. *Paulus Käfer* pellio ſemper inter ſermones motitabat *naſum* ſuum etiam invitus, quod ſpectaculum omnibus movit riſum. (z Anno MCCCXVII. *Giſelerus* Amelunxbornenſis commendat Canonicis ad D. Petrum nepotem ſuum, & receptus eſt à Capitulo. Literæ hæ ſunt:

1315. *Anſeres incendii nuncii.*

1316. *Naſus mobilis.*

1317. *Amelunxbornenſis commendat nepotem ſuum.*

F. Giſeler. Abbas monaſterii in *Amelunchsborn* Ord. Ciſtert. Viris Reverendis & Diſcretis Dom. Decano & reliquis Dnn. Canon. Eccleſ. ad D. Petri in *Hûxoria* ſal. æternam. Quandoquidem harum exhibitor, ſororis meæ carnalis filius, *Nicol.* pio deſiderio optat in veſtram, ſi quæ detur vacantia, Eccleſiam recipi, ut nuper coram D. Paulo veſtro hîc prolixiùs dixi, eum ad vos ablegare volui, ut ipſimet mores & ſtudia ejus penitiùs explorare valeatis. Noſtræ enim laudes ſuſpectæ fiunt. In Domino tamen confido, integritatem & modeſtiam ejus à V. Diſcretione probari. Ego lubens eum in noſtro retinuiſſem

(y *Pagum* Augenſem *vidi in donatione* Adilæ *facta Corbeiæ anno Imperii Ludoviciani XXV. ie 839. & in donatione inſulæ* Rugiæ *facta à Lothario annô* 844. *Meminit ejusdem pagi aut. translation. S. Viti, collocans in eo villam* Hüxere. *Conf. Meibom. de pagis Saxon. lit. A. c. f. Quis verò nobilis iſte* Bunicho? *alii Comitem* Ringelheimenſem, *alii* Rochlizenſem *eum faciunt. Utriq; potentes Domini fuerunt, ut etiam horum territorium* Provinciam *vocet Chron. Lauterberg. ad ann. 1143. Adde Peccenſtein Theatr. Sax. Part. II. pag. 19 ſeq.* (z *Conf. Schotti Phyſ. curioſ. L. III. c. 33 p. 492.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [87] - 75

nuissem monasterio, sed propensiùs affectat in æde S. Petri esse. Cùm igitur ubique uni famulemur Deo, bonum ejus propositum cohibere nolui. Facietis igitur Rev. & Discreti Viri, quod poteritis. Gratus Vobis ero. Dat. è cella mea ipso die Urbani anno gratiæ MCCCXVII.

1318. *Infans stercori vorus.*

Brunonis Bugleri filius, sordities amans, ab ipsa infantia sua *recentia vaccarum stercora*, quæ grote Flaten vocat, passim colligit eaque devorat summo cum appetitu. (a

1319. *Memoria amissio à venæsectione.*

Hermann von Bohlen ex sola *venæsectione* omnem amisit memoriam. (b Anno MCCCXX. morabatur in *Amelingsborn Adolfus Meyta* de Givehorn, chymista, mirabilis socius, qui variis utebatur characteribus. Ideo *Giselero*

1320. *Adolf. Meuta.*

Abbati & FF. ibidem invisus, ociùs inde migravit gyrovagus homo, & vanitatibus suis nimis indulgens. Ju-

1321. *Barbo aculeatus poma barbata.*

gulatus postea, ùt ajunt, à Dæmone. (c Anno MCCCXXI. propè Albatiam capitur *barbo* non squamosus, sed hispidus & *aculeatus*, veluti spinosus echinus. Eôdem annô

1322. *Ciconia & noctua ominosa.*

Pollæ visa sunt *poma barbata*. (d Anno MCCCXXII. habebat nidum pullosque suos jam ferè adultos in cacumine templi *Albatiensis* ciconia, quos futuræ tempestatis prægnara in pratum transtulit, ubi in veteri & sterili pyro diversorium eis struxit. Cum altero manet in ipso adhuc diluculo, sacerdos templum intraret devotionis gratiâ, videt *noctuam* in altari stantem. Circa meridiem duæ ædes fulmine incensæ, tacto etiam templo & altari. Annô MCCCXXIII. habebat nobilis in stagno suo ad arcem

1323.

insignes

(z *Conf. Schotti Phys. curios. L. III. c. 33. p. 492.* (a *Id. Schott. lib. cit. c. 34. p. 492. fasc. I. obs. m. Med physic num* 20. Abrah. de Kreckwitz *in sylvul. hist. polit. Part. I. p.* 520. *& Part. II p.* 850. (b *Conf. rariores observationes D. Romleri Dec. I. Eph. Curios ann. V. num.* 140 *141. 142. 143 144. & 145.* (c *meminit ejusdem* Meutæ *Eckstorm in chron Walkenried. ad ann.* 1318 *& ex eo nuper Colloqu. menstr. hujus anni Mens. Aug. p.* 605. (d *de* uvis barbatis *vid. Lycosthen. ad. ann.* 1541.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [88] - 76

insignes *lucios*, quibus ipse pabulum dabat statis diei horis. Quoties aliquis *dorso supernatans* languidus in superficie aquæ videbatur, toties certo certiùs prænunciabatur alicui ex familia sua excessus, quod sæpiùs observatum erat. (e *Bernhard Kälberthal* pistor, quadratus homo, quando corpus purgare vult, *pruna sylvestria* exsiccata vorat plenâ manû & evacuatur sufficienter. (f Annô MCCCXXV. *corvus* attulit crassum & ponderosum annulum ex purissimo auro fabricatum, cui tres *Lunæ semiplenæ* insculptæ erant. Quæ cum insignia *Albaxensium* sint, (g credibile est, quendam ex istis ministerialibus in solenni aliqua processione Corbeiensi *annulum* istum perdidisse, quem in tumulo postea à *talpa* effosso, notantibus pueris, *corvus* reperit. (h Sic furatur (i & affert ista avis aurum. Invitârat *Robertus* universum Senatum ad prandium in hortum, ubi inter varios discursus, Principem & Prælatum decentes, *Lamberto de Storcke*, COS. primario, in salutem Corbeiæ & urbis propinat. Accepto vitro *Lambertus* emblema ejus considerat, quod erat *vitis oleam* amplectens, cum symbolo. *Amplexus fœcundus amoris.* Sic est, ait COS., quamdiu hic amplexus erit, erimus omnes. Caveamus autem, ne *OLEA & VITIS vi sit aloë.* Quod responsum valde placuit *Roberto*, dicenti ad eundem:

Lucii mortis nuncii.

1324. *Purgatio à prunis sylvestribus.*

1325. *Corvus reperit annulum.*

1326. *convivium solenne.*

(e *Adde Nierenberg. L. I. de mirac. natur. in Europa c. 53.* (f *purgationes ab* ovis induratis *habet Alex. Bened. L. XIX. c 33. fasc. 1 obs. mear. num. 27 à* pomis austeris *Gal. L. II. de alim. c. 22. ab* uvis crispis *Lyser obs. 12.* (g *Letzner in hist. Ludov. pii edit. secund. c. 33.* (h *sic* aureus annulus *signatorius quatuor unciarum primi Ostfrisiæ Comitis* Ulrici, *post ducentos demum annos, anno* CIↃ IↃCLXVI. *XV. April. in agro Stikhusano, ad recentem* talpæ *tumulum, à rustico* Onnone Folkers *repertus est. Vid. tract. m. de talpa S. I. c. 3. §. 26. p. 127.* (i *vid. supra ad ann. 1178.*

Symbolon eſt urbis ſincera ciconia *noſtræ*,
Cujus natura eſt ſemper amare *bonos*.

Lambertus contrà ex tempore:

Si Princeps bonus *eſt*, *cives quoq; ſunt* meliores:
Optimus *ex Domini ſit* bonitate *ſui*.

1327. *Epilepſia ambulatoria Stella in naſo mortui.*

Melch. VVeſelken filiola quinquennis & epileptica, quando hoc malo corripitur, non cadit, ſed *currit per lutum & aquam*, donec feſſa concidat. (k In *naſo* Georgii Santbergs poſt mortem viſa eſt *ſtellula ſexangularis alba*. (l *Arnoldi Diürrens* ancilla anno MCCCXXVIII. dum falce demetit gramen in prato pro vaccis, aſperſit manum ejus *hi-fo* urinâ ſuâ. Inde tumor & magna ſyncope. *Arnoldus* verò ſubitò imponit manui *ſtercus* ſuum *recens egeſtum*, datque ſervæ domi ſuccum ex *foliis recentibus cardui benedicti* expreſſum pro ſudorifero. Hiſce optimè reſtituit ancillam. (m *Joann. Linſenbuſch* puer ferè novennis repentè cæpit *caneſcere*. (n *Joann. à Deſſel* Presbyter, & Canon. S. Petri, fundatæ à ſe capellæ B. Virg. *ſub littore* extra veterem piſcatorum portam, *molendinum lapideum*, Steinmöhle/

1328. *Venenum ſtercore humano expulſum.*

1329. *puer canus.*

1330. *Fundatio capellæ ſub littore.*

(k *Simile exemplum habet Arnold. Boot in obſ. med. c 6. p. 19.* (l de cruce ſanguindenta *in facie defuncti Hagendorn Cent. III. obſ.* 44. (m *Indi, præſertim in inſula* Macaſſin, *venenatis contra hoſtes utuntur telis, ut Belgæ multis ab hinc annis magnâ ſuorum ſtrage experti ſunt. Cute enim leviter ſaltim tactâ venenato telo, nulle remedio virus iſtud extingvi potuit, morte ociſſimè ſubſequente. Licèt enim membrum telo ſaucium eôpſe momento abſciſſum fuerit, (uti aliquoties tentatum eſt,) mors tamen declinari haud potuit, niſi* ſolo ſtercore humano recenter ejecto & adhuc fumante comeſto, *quod ſaluberrimum vomitum excitans vim veneni repulit. Hôc remedio poſtea Hollandi crebriùs uſi ſunt, nec unquam ſine ſucceſſu, uti mihi candidè narravit Dn.* Joh. Chriſtoph. Lorbær, *Indiarum perluſtrator diligentiſſimus, nunc Advoc. aulicus Vinarienſis. Vide, quæ de uſu* ſtercoris humani *latiùs referunt Becker L. I. Med. Microcoſmic. c. 10. p. 62. ſeq. Reyes in campo elyſ. juc. quæſt num 7. §. 6. Dec. I. Eph. curioſ. ann. II. obſ. 148. & Dec. II. ann. III. obſ. 45. nec non River. in obſ. à Formio communicat. num. 38. p. 364.* (n *Vidit Schottus Romæ infantulam* canis capillis *natam.*

möhle/ extra portam Petrinam, ad fluvium Grove, cum omnibus agris & pertinentiis suis, ab *Henrico Monetario* emtum, pro remedio animæ suæ liberaliter tradidit. Quæ benevolentia & devotio lites postea suscitavit, non tantùm inter *Mantvvinos*, sed etiam Capitulum Petrinum, ut vicinior *Balduinus*, Episcopus Pathabrunnensis, totam capellam cum omnibus juribus & reditibus suis, speciliter *mola lapidea*, Collegio S. Petri in perpetuum assignaret. (o Annô Domini MCCCXXXII. emanârunt literæ pacificatoriæ, Söhnebreff/ *Roberti*, prudentissimi Prælati. (p Verùm sequente annô decessit: 1332. Söhnebrieff/ 1333.

Epitaph. Roberti.

Vir sapiens, pius, & tranquillæ pacis amator,
Justitiæq; tenax iste Robertus *erat.*
Extinxit lites, modò quæ mala cuncta ministrant,
Atq; suæ patriæ reddidit Hüxoriæ.
Aurea pax, omnem quæ continet una salutem,
Circumdet cineres ejus & alma salus!

Columba, proba anima in valle Dei, periculosè decumbens & derelicta ab omnibus, vidit in somno quendam sibi aperire *arteriam in fronte*, unde subitaneum levamen 1334. *Morbus mirabiliter curatus.*

Phys. curios. L. III c. 16. p. 419. (o at mola hæc antiquissimum feudum Corbeiense est, cum omnibus pertinentiis suis immediatè ad officium pincernæ *spectans. Arnold. Malsburg. cus. Abbas XLVII. anno 1461. notanter vocat* unsre Steinmöhle/ so in unsrer Erbschencken Amt gehört. *Cùm igitur nobiles* Horhusani *ab immemorabili tempore fuerint* Pincernæ Corbeienses, *utiq; hoc etiam molendinum cum pertinentiis suis ab Abbate in feudum acceperint.* Stephanus *verò* Horhusii *miles molam hanc civi cuidam* Höxar., Mahlow *in dicto, iterum in feudum concessit. Extincta tandem familiâ* Horhusanâ *præfatum officium, unà cum mola & pertinentiis, ad Abbatem, seu Dominum directum, revolutum est. Hinc ab* Arnoldo *III.* Malburgio, *tanquam Vasalli &* pincernæ, *hôc officiô & feudo, unà cum omnibus pertinentiis & bonis, de novo investiti & donati sunt. Viden' igitur, quô jure, seu titulo eam &* assignatio *hæc facta sit? p. vid. omninò deductio jurium & gravamin. civitat. Höxar. edit. 1671. in* Beylagen *num. 1. & seqq. imò per tot.*

vamen perſenſit. Expergefacta narrat Dominæ ſuæ, potens, ut liceret ſibi remedium hoc à Deo oſtenſum experiri. Fit, & ita convaluit. (q Alia ſoror Kaminatenſis quoties *roſam recentem* adſpicit, ſubitò patitur *hæmorrhagiam narium*, ſiccas verò intueri poteſt. Ruſticus *Ovenhuſanus* non poteſt *capram* videre, quin ſtatim cogatur *urinam* emittere. Mendicus monſtratâ ſibi *ollâ novâ*, ſtatim irritabatur ad vomitum. Et puella in Boſſeborn ab adſpectu *crucifixi* ſemper fit *epileptica*. Alius omnia *tintinnabula* & *campanas* earumque ſonitum, ceu ipſiſſimum ſatanam, fugit & horret. Alius perferre non poteſt *panem*, niſi priùs in *puram limpidamq.* intingatur *aquam*. *Crato de Hardenberg* Prior Corbeienſis de *miraculis Corbeienſibus* eximium ſcripſit librum. *Fredericus de Seldenſtede* hoſpitalarius omnium *Abbatum vitas* usque ad *Robertum* verſibus incluſit doctiſſimè. *Henning. Strudeler* chronicon *Braklenſe* compilavit. Et *Jeremias Karck* Sylvam *Sollingenſem* deſcripſit carminicè. *Caſpar de Marholt* idolum Rugianenſium *Svvantvit* reliquit, & *Erneſtus de Rheden*, Præpoſitus Meppenſis, de inſigni iſta *Abbatiola* libellum nobis dedit. Juſſerant *Marchvvartus* (r & *VVicpoldus*, (ſ ut de omnibus Eccleſiis, Præpoſituris & monaſteriis, ad Corbeiam ſpectantibus, eruditus & aptus aliquis cœnobita, rerumque harum gnarus, chronicon aliquod contexeret, & ut eò majorem adhiberent diligentiam, præmio ſingulos invitabat. *Schakenſe* monaſterium deſcribere debebat *Luidolfus de Artzen*, (t *Visheccenſe* Bruno de

1335. *Ab aſpectu roſæ hæmorrhagia & capræ urinæ emiſſio.*

ab olla vomitus.

à crucifixo epilepſia.

odium campanarum & panis.

1336. *Scripta varia.*

Marquardi & VVicholdi ſalubérrima mandata.

(q *Vide, quid de* Galeno *ex aliis refert Schott. Phyſ. curioſ. L. III. c. 25. p. 454.*
(r *anno* 1084. *fer quartâ ante diem B. Andreæ Apoſtoli proximâ.* (ſ *anno* 1149. *die Walburgis*, (t *Olim* Comitatus, *nunc ampla Præfectura ab hac parte versùs Weſtfaliam circaſl. Viſurgin, uno milliari* Hamelâ *diſtans. Poſtea hoc dominium cum Præfecturis ſuis* Oſen & Groin *per pacta dotalitia ad* Everſteinios *per-*

de *Saldern*, *VVerbenſe* Ehrenfredus de *Stækem*, *Grôningenſe* Abbo de *Dalem*, *Aroldeſſenſe* Luidolf. de *VVolfinghuſen*, Præpoſituram tom Rohde *Engelerus de Martzhuſen*, (u *Lüzichenſem* Iſiko de *Saxi monte*, *Herifortium* delineârat *Heremannus de Portfeld*. De familia *Amelunxiana* nervosè ſcripſit minutum chronicon *Frederic. de Amlunxen*, in quo multa memorabilia continentur. Quidam ex his libris adhuc ſunt in bibliotheca Corbeijenſi, quosdam Præpoſiti penes ſe habent pro informatione privata. Intimavit omnibus nuper continuationem *Tidericus Dalvvichius*, induſtrius Abbas, rerumque ſuarum amantiſſimus ſtudioſus, ùt ex literis patet ad omnes Præpoſitos ſcriptis. 1337.

Litera Theodorici ad Præpoſitos.

Theodericus, Abbas monaſterii SS. Martyrum Stephani atque Viti in *Corbeija*, omnibus haſce lecturis gratiam & ſalutem in Domino ſempiternam. Amantiſſimi Confratres, Multùm ſanè refert, ut Eccleſiæ noſtræ, aliarumque eidem ſubjectarum, antiquitates, fundationes, dotationes, jura, privilegia, & laudabiles uſus ac conſuetudines, unà cum aliis notabilibus, ad futurorum poſterorum memoriam, noſtramque informationem & delectationem, colligantur & deſcribantur. Cùm igitur pii Prædeceſſores noſtri, *Marquardus* & *VVichboldus*, quorum memoria in benedictione ſit! Confratribus dilectisque filiis ſuis, cumprimis ſenioribus & experientiâ rerum conſpicuis, inque Præpoſituræ vel alia dignitate conſtitutis, mandârint, ut quisque ſuæ Eccleſiæ, ſeu

L mona-

venit, ab his ad Brunſvicenſes. (u *Præpoſitura hæc ſtetit in campo* Lüre *propè Corbeiam ad* viam rnbram. *Templum erectum erat in honorem* Mariæ Magdalenæ. *Certiſſimum hoc, fuiſſe ampliſſimam Præpoſituram, à quo autem, ſeu quando condita ſit, certò tibi non dixero. Dolemus igitur*, Martzhuſii *iſtius chronicon, unà cum aliis auro carioribus, igne & bellô periiſſe.*

monasterii, cui pro tempore præerat, chronicon contexeret, seu ab aliis forsan cœptum continuaret, diversi etiam Fratres monitis hisce obsecundantes industriam suam egregiè probârint, Nos inclitis eorum vestigiis insistentes, idem mandatum, ceu *justum & salutare*, tenore præsentium innovamus & redintegramus, volentes, ut, quod quilibet de suo monasterio seu Ecclesia *chronicon antea scriptum* habet, diligenter custodiat, idque *secundùm seriem annorum* ad sua usque tempora fideliter continuet. Si verò nullum adhuc exstet, vel ipse aliquod concinnet, seu per alium *idoneum & fidelem Virum* conscribi curet. Nos libenter ex *archivio* & *bibliotheca*, quæcunque necessaria fuerint, suppeditabimus non tantùm, sed etiam cujuslibet studium, uti Antecessores nostri, specialiter cohonestabimus. Valete in Domino! Dat. in Abbatia nostra Imperiali annô gratiæ MCCCXXXVII. ipso die B. Veronicæ.

1338. *Lites cum Hildesia.* Movebat *Henricus VVoldenbergicus*, Episcopus Hildeshemensis, novam & iniquam guerram ratione *Comitatus Dasselani*, ùt feudi Corbeijensis. Favore enim *Henrici Lützelburgici* dolo acceperat, & vi postea retinuit. *Tidericus Dalvvichius* fortiter se opposuit. Res tandem ita transacta, ut Hildeshemenses, retento comitatu, fierent *nobiles* monasterii *Advocati*. (vv Anno

† 1339. *Opusculum de Eccles. Egidiana.* MCCCXXXIX. *Justus Lentzenmayer* ludi magister periit in Wisara, relinquens opusculum, sed imperfectum, de Ecclesia *S. Egidii*, rythmicè in lingua Teutonica scriptum. Et licèt nihil singulare in eo habeat, laudabimus

1340. *Bartoldi Zengleri comment.* tamen diligentiam *Justi*. *Bartoldus* verò *Zænglerus*, ex Colonia nuper reversus, insignem commentarium in *Tobiam* conscripsit, qui maximè commendandus. Abiens autem

(vv *Vid. Letzner, L. I. chron. Dassel. c. 3. pag. 3. & c. 15. & L. II, c. 2.*

(*m*) *Gentiles Deum* πᾶν *vocâsse, vid. apud Aug. Steuch. L. III. de perenni Philosoph. c. 8. Conf. Eccles. XLIII. 29. Eph. I. 23.* candidus *&* ruber *ille ex Cant. V.* 10. (*n*) *de mure niveo vid. etiam Dec. I. Eph. ann. IV. p. 242.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [127] - 115

die, cùm altero Decanus S. Petri rhedâ lapsus *brachio & crure fracto* veheretur in urbem. Visus est feriâ tertiâ Pentecostes, cùm sequente nocte *terribilis* oriretur *ventus*. Visus est ante mortem pii *Abbatis* in *Amelsborn*. Visus est cùm *P. Sebast.*, eleemosynas qui collegerat in Diœcesi Hildeshemensi, rustici spoliâssent & verberâssent usque ad mortem. (o) Anno MCCCCI. *Joann. Stallmester*, homo facetiarum plenus, filio suo pro dote dabat (1) *vaccam*, (2) *suem* (3) *capram* & (4) *furcam*. Sponsæ verò (1) *colum* (2) *modium lini*, (3) *gallinam cum pullis* & (4) *forficem*, dicens utrique; *nunc cohabitate in nomine Domini. Orate & laborate, sic semper habebitis satis.* (p) Anno MCCCCII. vitâ decessit *Floriana de Seelsen*, erudita ac pia Sanctimonialis *in valle DEI*. Symbolon ejus: *Beati, qui vivunt & moriuntur in Domino.* Laicus frater *Nicolaus*, der schwarte Broder Clauß von Geismer/ad vicinum ministerialem cum asino suo ambulans, ut victualia Conventui adveheret, vocatur ad prandium. Rogatus inter alia: quid sibi vellent *tres isti in fune*, quô cinctus erat, *nodi*? magna cum reverentia dixit; sunt *mysteria Ordinis nostri*. Superior, qui *purus, obedientiæ* character est, qui *medius* pendet, & adhuc etiam *tolerabilis* est, *paupertatis*, *infimus* verò, qui *pependit in luto, castitatis*. Dat Ding pampelt gemein

1401. *Dos rara & cara.*

1402. *Floriana obit.*

Problemata curiosa.

(o) *Adde, quæ de aliis mortis prodromis congessimus* in der Zeit-Kürtz. erbaul. Lust *num.* 130. *p.* 393. *seqq.* *Quatuordecim diebus ante* Barbaræ, *Bavariæ Principis, excessum*, amaracus, *prodigiosæ magnitudinis, ut ei portandæ vix duo sufficerent viri, omnis exaruit, altera nocte* aves *omnes* (aluit autem grandem caveam iis plenam) *repertæ sunt* mortuæ: *tertiâ demum nocte* torques aureus, *quem sub sacro velamine nudo corpori applicitum gestabat, medius rupit. Drexel. Prodrom. æternit. c.* 3. §. 20. *p.* 260. (p) *Boreales imitatus est, de quibus Olaus M. L. XVII. c.* 24.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [128] - 116

gemeinlich im Dreck herum. Rogatus porrò: quod animal prærogativam præ aliis haberet, verticem scalpens dixit tandem, *musca*. Hæc enim *Guardiano* nostro, dum missam legit, *nasum & os* collutulat, **und dat ist vorwahr eene grote Licentz.** Quæ nec mihi, nec V. Strenuitati permittetur unquàm. Denique quas reliquias nuper apportâsset Româ? nullas, respondit, at promisit Sanctissimus Dominus, quamprimùm acceperit *matulam S. Vrsulæ*, se Patribus nostris eam missurum. Omnes in cachinnum soluti, illeque his & similibus victualia & cappam promeruit. Anno MCCCCIII. *Christian Hottensen*, Hüxarianus, pro annua sui memoria S. Petro obtulit duas marcas argenti, & tria jugera ad Belenbergam. Annô MCCCCIV. *Vlricus Mantvvinûs* Hüxar., Mon. Bursfeldensis, *chronicon Amelsbornense* compilavit lectû dignum. (q) In hoc multa singularia & præclara de *nobilibus Homburgicis* habentur, quorum origines, vitas & facta congessit *Tidericus de veteri pago*, Prof. Amelsbornensis. (r) Annô MCCCCV. obiit in eodem monasterio F. *Augustinus de Storcke*, Hüxar., cui ipse Abbas hoc fecit:

1403. *Christian. Hottensen.*

1404. *Chronic. Amelunxborn.*

1405. *Aug. Storckii obitus.*

Annon augustas *laudes famamq; meretur*,
Qui pius, ac Domino corde fidelis erit?
Talis, mi fili, care Augustine, *fuisti*,
Devotus, fidus, obsequiosus eras.
Nunc anima in vera & cœlesti pace triumfat,
Nos miseri interea pulvis & umbra *sumus!*

(q) *An hoc usus sit* Engelhus. (*vid. præfat. ad lector. chron. sui*) certò non ausim asserere. *Fatetur*, se ex chron. Amelunxbornensi nonnulla in suum transtulisse. (r) Von Oldendorff/ *qui adhuc vixit Anno* 1448.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [129] - 117

Anno seq. obiit *Immanuel Visbeccius*, Petri nostri frater.

1406. *Et Imman. Visbecii.*

Immanuel *jacet hîc! animæ Deus ô miserere!*
Dormiat in pace, en! Immanuel *jacet hîc!*

1407. *ac Steph. Ostmanni.*

Anno MCCCCVII. *Steph. Ostmann*, Hüxar. & Canon. Hildesheim. dum inviseret parentes, febri ardente sublatus in vigilia S. Joann. Bapt., dedit S. Petro IV. marcas argenti puri, ponderis Hüxar., pro requie sua. Anno

1408. *poculum Wülbrandi.*

MCCCCVIII. *Wülbrandus* Abbas ex monasterio suo discessit Mindam Episcopus electus. Canonici *grande poculum inauratum* ei dabant cum inscriptione:

Rev. & Nob. Dno. Wülbrando de Hallermunt, Abb. hactenus, nunc Episcopo à Mindensibus electo, poculum hoc sinceræ caritatis piæq; devotionis Canonici Hüxarienses ad S. Petr. abeunti mittunt Anno MCCCCVIII. Annô

1409. *Frider. Masch.*

MCCCCIX. *Frid. Masch* Hüxar. dedit altari S. Nicol. in templo ejus censum annuum in *Stahle* IV. librarum monetæ Hüxariæ legalium. Anno MCCCCX. *Justin.*

1410. *Just. Rosenkrantz D.*

Rosenkrantz Hüxar. Decret. D. obiit in Maguntia. Conscripsit libellum *de miseria Papæ*, (ſ) cujus initium:

Inter mortales est Papa *miserrimus omnes,*
Illius miseri tu miserere DEUS!

1411. *Flegelorum Societas.*

Anno MCCCCXI. insaniebat *Flegelorum* societas, cui se

(ſ) *Ipse Adrianus IV. Anglicus ait: Romano Pontifice nemo miserabilior est. Cathedra ejus spinosa acutissimis usquequaq; conserta aculeis, tantaq; molis, ut robustissimos premat, terat & comminuat humeros. Nonne miseria dignus est, qui pro tanta pugnat miseria? Engelhus. Chron. p. 236.*

se associavit *Petr.* Muckenthier ex Albatia. Sed captus & capite truncatus est. (*t*)

Flegelus & Bengler *passim prædantur in orbe,*
Hos socios certè crux, rota, furca manent.

Anno MCCCCXII. *Hinricus de Delbrug* Vicar. apud S. Nicol. de monasterio *Bödecensi* à B. Meynolfo fundato, chronicon congessit, *Rabano de Hörde* oblatum. (*u*) In quo variis exemplis confirmat, *campanas* monasterii pulsû, seu sonô suô spontaneo semper prædixisse mortem monialibus. (*vv*) Anno MCCCCXIII. *Thom.* vom Sölling/ Hüxar. fit Abbas in Doringia, in monasterio, ut putant, *Reynertsbrunn.* (*x*) Anno seq. *Arnoldus Cerdo* receptus à Capitulo S. Petri, brevî post hæmoptysi decessit. Anno MCCCCXV. M. *Tidericus Enghus* Hüxarianus, à *Theoderico* Abbate benignè & hospitaliter exceptus, multum ex antiquis literis ibi decerpsit, secumque asportavit in Einbecc. (*y*) Res mira! *Wilhelmus* Paterhabet uxorem.

1412. *Chronic. Bödecense.*

1413. *Th. de Solling.*

1414. *Albert. Cerdo.*

1415. *M. Tidericus Enghus.* antr. yelhus.

(*t*) *De societate ista* Tritarum Flegler-Gesellschafft/ *vide hist. de Landgr. Thur. c. 155. Fabricius L. VII. Orig. Saxon.* factionem tribulariam *vocat, Gobelinus Cosmodr. ætat. VI. c. 83.* bengeler, *Engelhus. chron. p. 291.* Bengelenses. *Erat colluvies hominum ex ima plebe, messoribus putà, triturat oribus & colonis undiquaq; collecta,* (rechte Bengel und Flegel/) *quæ spe consequendæ melioris fortunæ impleta, ducibus Comite Schvvartzburgico* Güntero, *& Frid. Dynasta Helderungio, in finibus Saxoniæ & Thuringiæ grassabatur. Adde Spangenberg. chron. Sax. c. 306. p. 514.* (*u*) *De fundatione & reformatione hujus monasterii lege Monum. Padeborn. edit. prim. p. 127. seqq.* (*W*) *Pluscula hujus rei exempla dabit Schott. Phys. curios. L. VI. c. 4. p. 665. seq.* (*x*) *dubium hoc est,* (*y*) *num pro* Enghus *rectiùs legendum sit* Engelhus, *judicent alii. Facit* Budæus *in vita Alberti II. Episcopi Halberst. p. 98 cum Cl. Meibom. in catalog. Scriptor. è quibus chron. Brunsvic. Buntingii auxit & correxit, Engelhusium* Einbecensem, *licèt id dubium videatur Cl. Mader. in præf. ad lect. chron. Engelhusiani.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [131] - 119

1416. Paterbornenſis duxit uxorem. (z) Anno MCCCXVI.
Legata. altari B. M. V. in Eccleſia S. Petri dantur à *Nic. Krahero* in feſto Patroni duæ cereæ candelæ de IV. talentis: altari B. M. V. apud S. Nicol. dedit *Mauritius de quercu* VI.
1417. marc. argenti. Anno MCCCCXVII. obiit *Theodoricus*
Theod. III. obitus. III. Abbas.

Abbas Tiedericus *ſub ſaxo conditur iſto,*
Tu, lector, cineri da bona verba ſuo.

1418. Anno MCCCCXVIII. homagio ab univerſitate Hüxar.
Homagium Hüxar. *Mauritio Spegelbergio* facto, literas pacificatorias *Roberti*
Laur. Becker. anteceſſoris ſui ſanctè ille confirmabat. *Laurent. Becker* monach. Bursfeld., civis Hüxar. F. obiit in itinere Ro-
1419. mano. Annô MCCCCXIX. Vicarius patriam ſuam
G. Koch. *Paterborn* deſcripſit carminicè, præferens eam omnibus
1420. in Weſtfalia urbibus. (a) Anno MCCCCXX. *Con-*
Conr. de Lüchtringen. *rad de Lüchtingen*, Canon. in Minden fer. quartâ ante
1421. feſtum S. Jacobi Apoſt. obit *ictero nigro.* Anno
Joann. de Radberg. MCCCCXXI. *Joann. de Radberg* ad S. crucem in tem-
1422. plo S. Kiliani contulit ſingulis annis in feſto exaltationis
Petr. Rottermund. crucis *quatuor luminaria cerea*, unumquodque de IV. talentis. Anno MCCCCXXII. *Petrus Rottermund.* Hüxar., monach. Ord. Ciſtert., fit Prior in *Valle S. Joannis.* Contulit ſummo altari in Eccleſia S. Petri, in honorem ejus & S. Pauli erectæ, cenſum annuum in *Lütmerſen* XVIII.

(z) *Erat electus*, Wilhelmi *Ducis Montenſis F., qui reſignans* Theodorico de Morſe *Colonienſi neptem ejus ex ſorore* Adelheidam, *Comitiſſam Tecklenburgicam, duxit. Kranz. L. XI. Metrop. c.* 18. *Bucelin. Germ. Sacr. P. I. p.* 21. *Engelhus. chron. p.* 297. (a) *Non ineptè. Locus enim hic Viris omni nobilitate generis animiq; ſemper inſignibus abundavit, ut non eſſet dubium, quin patria civibus & cives patriæ congruerent, ac ſibi utriné, ornamento forent. Gobelin. Perſon. Coſmodr. atat. VI. c.* 38.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [132] - 120

XVIII. solidor. in festo Petri solvendorum. Anno MCCCCXXIII. *Henricus Schvvart* Hüxar., ad instantiam Abbatissæ *in Valle DEI*, minutum chronicon istius monasterii collegit, quod satis acceptabile fuit. Anno MCCCCXXIV. *Petrus Vœteſſen* fit Canon. ad S. Andr. Hildesheim., ubi sequente anno asthmate periit. Anno MCCCCXXV. *Adam Mumm* Hüxar. altari S. Martini in ecclesia S. Petri contulit quotannis IV. luminaria cerea in festo S. Petri Anno MCCCCXXVI. *Luidolfus*, Abbas in Amelingsborn S. crucis altari in capella S. Spiritûs dedit XXX. flor. aur. rhenan. Novam exstruxerat domum pro devotione & amicis familiaribus in horto monasterii, eamque variis picturis & emblematibus ingeniosè à seipso fictis exornavit. Januæ inscribi curârat:

Ortus & occasus nostri dat symbolon hortus,
nunc orimur, morimur, nunc flos, modo marcor & umbra.

In cella sua, in refectorio, inque hac, ut vocabat, camera pietatis suspenderat hoc; feretrum in cujus superiori parte *pavo* cum cauda expansa stabat cum epigraphe: *VANITAS.* Subtus, *FUGE!* In inferiori loculi parte *serpens* erat in *circulum volutus*, ut ore caudam apprênderet, cum lemmate: *ÆTERNITAS*, subtus: *CAVTE!* in medio erat *crux aurea*, cui elegans *corona* imposita: *CERTANTI & VINCENTI.* In exteriori parte feretri: *DOMVS OMNIVM VIVENTIVM.* Erat Vir ingeniosus, pius & circumspectus, cujus discursus sale conditi omnibus mirificè placebant. Anno MCCCCXXVII. celebris fuit *M. Joann. de Hüxaria*, egregius Theologus & nulli secundus. (*b*) Anno

Chronic. Vallis Dei. 1424. Petr. Vœteſſen. 1425. Adam Mumm. 1426. Abb. Amelunxborn. Emblema. 1427. M. Joh. de Hüxaria.

(*b*) *Chron. ArchiComit. Oldenburg. à Meibom. edit. T. II. p.* 170. *inter sex celeberrimos magistros Theol. ex ordine eremitico S. August. ponit hunc* M. Joannem, *vocans eum* celeberrimum Doctorem, & Provincialem Saxoniæ, qui commentarios in omni Theologia composuit in bibliotheca Magdeburg. asservatos.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [133] - 121

1428. *Rotger. Schate.* MCCCCXXVIII. *Rotgerus Schate* pro memoria annua S. Nicol. dedit XLII. floren. aur. rhen. Ad ſummum altare in æde S. Petri ſuſpendit effigiem B. Virgin. affabrè depictam cum ſubſcriptione:

Omnia ſi fiant linguæ in mundo, oraque cuncta,
Te tamen haud dicent, Sancta Maria, *ſatis.* (c)

1429. *Caſp. Rehkopp.* Anno MCCCCXXIX. *Caſp. Rehkopp* Hüxar., S. Theol. Licent., Canon. Colon., Vir doctus & pius, dedit ad beneficium S. Hieronymi in Eccleſ. S. Petri cenſum annuum VI. floren. rhen. in ejus feſto ſolvendorum in *Borckried.* Sequente idem S. Nicol. aſſignavit C. floren. aureos rhen. cum calice novo. Eodem annô fit *reformatio Bursfeldenſis.* Anno MCCCCXXXI. *Mauritius Spigelbergius* Abbas cum Capitularibus & Conventualibus in curia à Senatû ſplendidè tractatur. Aderant enim *Wedechindus* Prior, *Tidericus* Præpoſitus, *Conrad. de Martzhuſen*, Præpoſ. tom Rohde/ *Everhard* Cuſtos, *Bartold.* Camerarius, *Henric.* Hoſpitalarius, *Waſmut* de *Haga*, *Joann. de Recklinghuſen*, & *Hinricus de Malsborg* Conventuales. Idem *Martzhuſius* promiſit in vigilia Epiphaniæ pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum de Præpoſitura ſua integras duas plenasque præbendas Corbeienſibus dare in chorum, up den Chor. Anno MCCCCXXXIII. altari *S. crucis* dantur IV. talenta. *Anna procera*, lang Ann/ infantibus & adultis *in alvi duritie* cataplaſma faciebat ex *ſtercore ſuillo* bono cum eventu. (d) Anno ſeq. *Otto* Brünſvicenſis Dominicâ *Quaſi-*

1430. *C. floren. cum calice reformatio Bursfeld.*

1431. *convivium Hüxar.*

1432. *Promiſſum Martzhuſii.*

1433. *Altare S. crucis* Lange Ann.

1434. *Patrocinium Brunſvicenſ.*

(c) *Idem cecinit* Petr. de Riga, *vulgò* Comeſtor *dictus*; *Si fieri poſſet, quòd arena pulvis & unda &c. Vid. Engelhuſ. chron. p. 237.*

(d) *Idem de* ovillo *aſſerit* D. Hünerwolff *Dec. II. eph. cur. ann. VI. obſ. 94.*

Quasimodogeniti Corbeiam cum omnibus hominibus & bonis suis indefensionem & patrocinium speciale suscipit. (e) Eôdem obit *Maurit. Spegelbergius* Abbas.

D. G. Mauritius, Abbas Corb. & C. de Spegelberg, inter vanitatem & æternitatem hactenus ambulans, illâ abjectâ, hanc ingressus, meliorem, cujus semper cupidus fuit, optans sperans q. Utramque meditare seriò, ut Dei tuiq. vivas memor, & morere, ut nunquam moriare. Rexit Ecclesiam suam annis XVII. Anno MCCCCXXXV. Inter Capitulum Corbeiense firma stabilitur amicitia & civitatem. Literæ datæ sunt Dominicâ Jubilate, quarum initium est: **Wy Wedekind Prior/ Ditrich Provest/und dat ganse gemene Capitel tho Corvey** &c. Eod. anno *Mindenses* magnam cladem passi ob *reliquias* sanctorum minùs reverenter habitas. (f) Annô MCCCCXXXVI. *Georg. à Dortmund* Hüxar. S. *Petro* dedit censum annuum IV. marcarum in *Negeborn* monetæ Hőxar. in die S. Georgii. *S. Nicol.* censum annuum unius malderi tritici de VI. agri jugeribus ad montem *Zegenberg* situatis in eod. die: & S. *Chiliani* Pastori octo *ulnas* boni *panni lanei* in eodem die, sic tamen, ut missa pro salute animæ ejus eôdem die in singulis templis unâ eâdemque horâ devotè legatur. Anno seq. nascitur frater meus *M. Casparus* in festo trium Regum. Anno MCCCCXXXVIII. Prælatus aliquis *cani* suo certum aliquod legatum ad dies vitæ assignavit, ut lautè pasceretur semper. O insania! (g) Annô MCCCCXXXIX.

Obitus Mauritii.

1435. *Amicitia cum Urbe.*

clades Mindensium.

1436. *Georg. de Dortmund.*

1437. *M. Casp. Wittehenn.*

1438. *Dementia Prælati.*

(e) *Literas attulit autor* des Fürstl. Wolfenbüttelischen *Manifestes Anno* 1671. in Beylagen *num. XI.* (f) *Vid. chron. Mindens. apud Meibom. T. I. rer. Germ. p.* 571. *Adde sis, quæ de Erpone, Comite Padtbergensi, referunt Monum. Padeborn. edit. prim. p.* 80. (g) *Sic femina ista cato suo quingentos Philippeos legavit. Drexel. Prodrom. Æternit. c.* 3. §. 2. *p.* 228.

1439. *Paul Rappe.* MCCCCXXXIX. *Paul Rappe*, Benefactor noster, in Lusatia periit. Annô Mccccxl. natus ego sum in festo omnium Sanctorum. Anno seq. fit M. *Joann. de Hüxaria* Prior in *Möllenbeck*, (*h*) Vir insigniter doctus. Anno MCCCCXLII. nascitur puella cum figura *cultri sanguinei evaginati* in fronte. Mactârat mater gallinam, cultrum fortè cruore consperſum, fronti applicans, sed perterrita abs ancilla, nævum hunc intulit partui suo. Eodem anno in ædibus *Philippi Nægeleri* gallina cum IX. pullis suis etiam exclusit verum perfectumque *bufonem*. Qui ceu incantamentum subitò combustus est. (*i*) Anno Mccccxliii. *Petrus Leimer*, rusticus Böxensis, fœdâ *scabie* afflictus, ut cutis ejus instar *corticis betulini* per totum corpus videretur, svasû parochi cujusdam, *carne asinina* quotidie vescebatur, interpositis subinde purgationibus, & perfectè sanatus est. (*k*) Annô Mccccxliv. *Henricus Konn*, puer è vicinia XIV. annorum, quotidie *epilepticus* bibit *sanguinem viri decollati*, ipseque factus est rabidus. (*l*) *Maria Dudelern* melancholica longè lateque oberrans dicebat: se esse *S. Libo-*

1440. *Greg. Wittebenne.*

1441. *M. Joh. de Hüxaria.*

1442. *Culter in fronte natus. Buso à Gallina exclusus.*

1443. *Caro asinina in scabie.*

1444. *Epilepticus à sanguin. humano rabidus. Melancholia mira.*

(*h*) *Anno 896. fundatur monasterium* Möllenbeccense *pro virginibus Ord. Bened. in honorem S. Dionys. propè* Rintelium. *Vid. Kranz. L. III. Metrop. c. 8. chron. Mindens. p. m. 558. sed circa annum 1441. reformatum & FF. Regularibus traditum est. Kranz. L. XI. Metrop. c. 53. quorum primus Prior fuit* M. Joann. de Hüxaria. *Conf. relation. hist. monast.* Möllenbeccens. *edit. Rinthelii 1623. in 4to.* (*i*) *De sele in ovo gallinæ reperto Zod. med. Gallic. ann. 1. Mens. Sept. obs. 7. p. 148. Adde* Zeitkürtz. Lust *num. 41. p. 96.* (*k*) *De usu carnis asininæ in lepra vid. Thom. Bartholin. C. VI. hist. 33.* (*l*) *sanguis humanus in hoc morbo damnatur à Sennerto L. I. Prax. P. II. c. 31. qv. 6. & qv. 15. Heurn. de morb. capit. c. XXII. p. 251. Jonston. Thaumat. nat. Cl. X. c. 3. art. 3. Libav. in disp. de lachrym. cruent. Coburg. 1614. §. 27. Tulp. L. IV. obs. 4. &c.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [136] - 124

S. *Liborium*, cuique promittens certissimam medelam in *calculo*, modò fiduciam ægrotus in ea haberet. (*m*) Annô MCCCCXLV. *Hermannus*, Comes de Everstein *Henricum Homburgicum* in templo monasterii *Amelsbornensis* solemnia inter sacra obtruncavit. Qui tragicus casus ibidem in tabula depictus cum inscriptione: 1445. *Comes Homburg. in templo occisus. monumentum.*

Attendite posteri! ut execremini factum, quô vix atrocius. Sol vidit. (*n*) *Henricus cecidit, Herimannus cecidit. Quantus inde superis planctus, & averno jubilus! Anno siquidem MCCCCXLV.* Henricus, *Nobil. Dom.* de Homburg, *noster benefactor, in hac sacra æde, à propinquo suô* Sigfrido de Homburg, *ad majorem Dei gloriam, in honorem Gloriosæ semper Virginis, Beatissimæ Mariæ, liberaliter constructa, in ipsô templo, in facie populi, DEI, omniumq; Sanctorum*, ob rem leviculam, *ab* Herimanno *Com. de* Everstein *nefariè occisus est. Sic* Henricus *obiit, & cum eo gens* Homburgica: *ita* Herimannus *etiam abiit. Ille, quod speramus & optamus universi, ad superos: hic, quod aversamur & execramur singuli, ad exteros, profugus nunc & instabilis uti Cain. Portat enim* accusatorem, Judicem, testem, & tormenta *secum in pectore.* (*o*) *Utrique tamen bene precabimur, illi, ut anima ejus quiescat in pace: huic, ut anima ejus veniat ad pacem, expiato grandi hoc crimine, quô religiosum hunc locum fœdavit & diffamavit turpiter. Orate pro utroque.* Annô MCCCCXLVI. *Christian. Goltkäver*, probus homo, quotidie pro confortando stomacho 1446. *Vinum absinthiacum.*

(*m*) *Alius se* Spiritum S. *esse affirmabat. Borell. C. I. obs.* 37. (*n*) *Imò atrocius recensent Fuldenses de* Berthoo *II. Abbate XLVI. à vasallis ad aram inter Missam occiso Anno* 1271. *Vid. Brovver. L. IV. Antiquit. Fuld. p.* 311. *Fabricius in Gloria Fuldæ p.* 141. *Hist. de Landgrav. Thuring. c.* 67. *& chron. Bangii Thuring. ad h. ann.* (*o*) *De promta hæc ex S. Bernhardi meditationib. c.* 13.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [137] - 125

cho jejuno ventre bibebat *vinum absinthiacum*, at fecit sibi asthma, ut tandem non amplius progredi aut stare posset, nisi ore prius aperto, mox verò obiit. (p) Annô Mcccccxlvii. *Wilhelmus*, Dux Saxoniæ & Marchio Misniæ, totam vastat Diœcesin. (q) Anno sequente *Arnoldus Kopmann* Presbyter fundatæ à se Cantoriæ ad S. Petrum in dotem assignârat centum floren. aureos, ad comparandum reditus, quod hoc annô confirmatur. Eôdem terribilis erat *ecclipsis Solaris* Mense Augusto. Anno Mcccccxlix. scelestus juvenis insano amore percitus erga puellam, omni modo captavit occasiones, ut vitiaret eam. Sed illa moritur. Non potuit ergò sibi temperare pessimus iste nebulo, quin clanculùm etiam *cum defuncta* rem haberet suam. O libidinem plus quam taurinam! (r) Anno Mccccl. Denuò fit pacificatio inter *Wilhelmum* Ducem Brunsvicensem & monasterium *Corbeiense*, in qua simul confirmantur literæ Ducis *Ottonis* de anno Mccccxxxiv. Anno seq. periit *Conradus Vthe* in obsidione *Lüchtenburg*. Erat Capitaneus. (s) Annô Mccccli. *Burcard. Grill* avem cepit *alaudâ* paulò majorem. Caput *nigrum*, cervix *lutea*, dorsum *rubrum*, cauda & venter *albissimus*, pedes *cinericei*. Docilis fuit, ut quoque secundùm artem cantillârit eximiè. Hoc notabile, quòd interdiu *omni horâ ad campanæ pulsum* stercus suum rejecerit, noctû verò non item.

1447. *Vastatio Corbeiæ.*

1448. *Arnold. Kopmann.*

1449. *Puella post mortem corrumpitur,*

1450. *Pacificatio.*

1451. *Conr. Wihe.*

1452. *Avis singularis.*

(p) Absinthium *iis non dandum, quêis ventriculus* pituitâ *scatet*, *Gal. L. VI. de tuenda sanit. c. 14. p. 392. fugiamus ergò* jejuni *vini istius usum, monente D. Sim. Paulli Botan. quadr. Cl. III. p. 184.* (q) *Vid. Piderit. chron. Lippiens. P. II. p. 568. & Spangenberg. chron. Sax. c. 328. p. 550.* (r) *Vespillo Uratislaviæ compressit virginem peste mortuam. Schenk. L. VI. obs. 150.* (s) *Spangenberg. chron. Saxonic. c. 331. p. 556.*

item. Annô Mccccliii. intolerabile frigus erat. Eôdem *Conſtantinopolis* capta à Turco, in perniciem omnium Chriſtianorum. (*t*) Anno ſeq. *taurus* in paſcuo à crabronibus & veſpis ſic irritatus & vexatus, ut in furorem actus ubique diſcurreret. Præterit fortè ruſtica valde gravida, quam ille invadens ventrem cornubus rupit, ut effuſo infante ipſa in ſangvine ſuo perierit. (*u*) Infans verò baptizatus eſt. Anno Mccccl v. Puer Domino ſuo, Præpoſito monaſterii, dormienti jam in cubiculo, inſcio eo, ad januam *mundum induſium* ſuſpenderat; evigilans noctu Præpoſitus videt album quid ad oſtium cubiculi, putatque ex errore phantaſiæ meticuloſæ, eſſe ſpectrum, die witte Frouw / idque ei portendere mortem. Toto ergò contremiſcens corpore inter preces & pavores reliquum noctis tranſegit. Mane, licèt errore cognito videret quid eſſet, tamen timor mortis tam altè menti ejus infixus erat, ut graviſſimum inde ſibi contraxerit morbum, ex quo, propter acceſſum aliorum accidentium, non potuit emergere. (*w*) Annô Mccccl vi. *Nicol. Kruelius*, Canonicus Mőllenbeccenſis, patriota meus, doctas ſcripſit homilias in *lamentationes S. Jeremiæ*. Anno ſeq. Beveræ juvenis ruſticus manè ſuſpenſus poſt meridiem *feces* rejecit *alvinas*. (*x*) *Paul. Schrott*, ruſticus Brochhuſanus, quamprimùm percipit *inſtrumenta muſica*, ſubitò cogitur *vomere*. (*y*) Anno ſeq. puer ab ipſa infantia ſua luſcus ſiniſtro oculo, ſcalâ lapideâ delapſus, nec leviter ſauciatus,

1453. *Frigus maximũ. Conſtantinopolis capta.*

1454. *Partus Caſareus mirabilis.*

1455. *Mors ex timido errore.*

1456. *Nic. Kruelius.*

1457. *Suſpenſus alvum deponit, Vomitus à muſica.*

1458. *Luſcioſitas à caſu correcta.*

(*t*) *Vid. M. Reiskii chron. Turcic. L. II. c. 2. p. 114.* (*u*) *Similes caſus dat Th. Bartholin. C II. hiſt. anat. 8.* (*vv*) *Conf. Dec. II. Eph. Cur. ann. IX. obſ. 195.* (*x*) *Dec. II. Eph. ann. VIII. obſ. 160. & ann IX obſ. 210.* (*y*) *De Erico Rege à muſica in furorem acto Kranz. L. V. Dan. c. 3. Conf.* Zeitkürtz. erbauliche Luſt *num. 69.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [139] - 127

1459. *Turtures præsagiunt mortem.*

tus, id beneficium à casu isto habuit, ut vitium oculi perfectè correctum sit. (z) Annô MCCCCLIX. paulò ante inopinatum obitum primariæ feminæ, *duo turtures*, qui contubernales ejus erant, plumas pennasque sibi evulserunt, mœstæ considentes in angulo & ab omni cibo abstinentes. (a) Anno seq.

1460. *Steph. tom Dahle. Miraculum cum hostia.*

Stephanus tom Dahle Hüxarienſis obiit in magna peste. (b) Miraculum factum est *Blombergæ* cum hostia consecrata in puteum conjecta. (c) Annô MCCCCLXI.

1461. *Warburgum. Minoritæ.*

Georg. Kock, Vicarius Hüxar., descripsit etiam *VVarburgum* ad Dimolam. (d) FF. *Minores* adversantur Canonicis, & insolentiùs se gerunt. (e) Monstrosus

1462. *Piscis monstrosus.*

captus est piscis veluti *porcellus* infrà Pollam. (f) Annô MCCCCLXIII. abit *Godeschalcus de Brobach*, monachus Corbeiensis, in Daciam sitiens martyrium. Eôdem obit *Arnoldus III.* Tumulo inscribi voluit:

1463. *Gotschalc. de Brobach. Epitaph. Arnoldi III.*

Adam putredo, *& filius hominis* vermis: (g) *Hæc stirps fuit & pompa* ARN. *quondam Abb. Corb. Abi Lector, & cura, ut sapias!* Anno MCCCCLXIV. dixit mihi Presbyter Coloniæ in Ubiis, natum esse infantem cum manifesta *cruce in fronte* hujus figuræ: X. (h) Anno

1464. *Crux in fronte.*

MCCCCLXV.

(z) *Similia exempla vide apud Marcell. Donat. L. VI. hist. med. mirab. c. 5. p. 640.* (a) *Ante destinatum* Brodero *à patre supplicium* canis *ejulare cœpit, &* falco *plumas sibi convellere visus est. Kranz. L. II. Dan. c. 17.* (b) *Qua de vid. compilat. chronolog. ad hunc ann.* (c) *Vid. eand. ad ann. 1460. &* Pideritii *chron. Lippiens. Part. II. p. 568. & 592. seq.* (d) *Vid. supra ad ann. 1419.* (e) *Monachi mendicantes, judiciô Krantzii, L. VII. Vandal. c. 44. hoc sunt in Ecclesia, quod* mus in pera. (f) *De alio* leoni *simili idem Kranz. lib. cit. c. 38.* (g) *Job. XXV. 6.* (h) *Comites Dasselenses totos* pilosos *& cum* lutea in dorso cruce *natos esse, fabula est. Vid. Chron. Dassel. Letzner. L. I. c. 1. p. 2. Joann. Frid. Dux Saxon. autem anno 1503. d. 30. Jun. cum* aureâ cruce in dorso *in lucem prodiit. D. Sagittar. in hist. ejus c. p. J. Binhart. L. III. chron. Thuring. p. 45.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [140] - 128

MCCCCLXV. obiit Pater meus *Sebastian. VVittehenne*, Senator, cui hoc scripsi ex reverentia filiali. 1465. *Obitus Seb. Wittehenne.*

Deo & posteritati sacrum: Sebastian Wittehenne *Patritius & Senator inclutæ urbis Hüxar:, ob fidem, candorem, & beneficentiam cuiq; bono semper gratus, à catarrho suffocatus vitam cum perpetua morte commutavit æternam* Anno MCCCCLXV. *in die B. Christinæ.*

Molliter ossa quiescant! anima in pace triumphet! 1466.

Anno MCCCCLXVI. *Hermannus Stockhusius* more *Ibicboldi* (*i*) & *Karuli M.* (*k*) in Diœcesi sua personaliter visitat Ecclesias & scholas. *Hermanni diligentia.* Anno seq. ipso die B. Marcelli idem denuò confirmat civitati literas *Roberti-nas* unà cum *Mauritianis.* 1467. *Confirmatio privileg. Greg.* Hoc annô factus sum Presbyter & Canon. ad D. Petrum annô ætatis XXVII. *Fried. Wittehenn. fit Canon.* *Rückel* è portu mercatorum reversus attulit reliquias de S. *Stephano* (*l*) Annô MCCCCLXVIII, vidi ex antiquo 1468. registro *in valle Dei*, quanto cum effectu ubique acceptæ fuerint literæ Capituli Generalis ad ann. MCCLX. ostensæ. Aderant enim subitò fideles animæ, quæ, ob participationem hujusmodi charismatum spiritualium, copias literarum vidimatas in diversas tulêre Diœceses, largas reportantes eleemosynas. Sunt enim inter benefactores

R I. Archi-

(*i*) *ad ann.* 1148. (*k*) *Hic non tantùm Præceptorum lectiones frequentabat, sed etiam discipulorum, institutis tentaminibus explorabat progressus. Winckelmann. Cæsareolog. p.* 62. (*l*) *qui fuit monacy. Corb., Vid. Theatr. m. illustr. Corb. Viror. c.* 12. *Hafnia dicitur* portus mercatorum *apud Krantz. L.* VIII. *Dan. c.* 14.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [141] - 129

Benefactores Vallis Dei.

(1) *Episcopi,*

I. *Archi-Episcopi & Episcopi*

Wernherus Archi-Episcopus Magunt.
Henricus Spirensis,
Richard Wormatiensis,
Eringus Herbipolensis
Otto Hildesheimensis
Simon Paterborn.
Vollradus Halberstad.
Gerardus Fardensis.
Leopoldus Papeburgensis
Engelbertus Colonensis,
Otto Monasterensis,
Otto Mindensis,
Otto Osenbrugensis,
Bernard Magedeburgensis,
Ludolf Numburg.
Henricus Basileensis.

II. *Civitates.*

Pateborn
Hildeshem
Brunsvvig
Nurenberg
Halberstad
Hüxor
Einbecca
Goslar.
Ysenachum
Cruceborgum
Colonia
Fulda
Rinthelia
Mynda
Eldagsid
Geismaria
Herivortium
Erfurtum
Quedelenburg.
Maguntia
Querifortium
Northemia
Wernigeroda
Osteroda
Hameloa

III. *Monasteria.*

Abdinkhof
S. Egidii in Brunsvvig.
S. Egidii in Nürenberg
Augiense
Ballenstedt.
Huysborg.
S. Mich. } Hildes.
S. Gotehard. } Hildes.

Ame-

Amelunchsborn.
Kaminata
Bodichkemenſe
Braunvviler.
S. Catharin. } In Yſnac.
S. Nycol. }
in valle S. Joann. ibid.
Reinhertsborn
Volckerode
Georgthaal
Burſfeld
S. Petri in Erphort.
S. Jacobi in Cruceborg.
Campidonenſe
Dalhemenſe
Eresburgenſe
Schakenſe
Einſiedelenſe
Fuldenſe
Fürſtenfeldenſe
S. Galli
Gandersheim.
Quedelinborg.
Gerdenſe
Gerenrod.
Grüningenſe
Hirsfeld.
Herivort.
Ilſenborg.
S. Pantaleon.
Möllenbeck.
Visbeck.
Ringelheim.
Rintelenſe,
Selgenſtad.
Stabulon.
Gladbach.
Ulſin.
Walkenred.
Portenſe
Wingartenſe.
Werbenſe.
Riddershuſen.
Marienthal
Helmſtedt.
Iborg.
Marimünſter.

IV. *Nobiles & Miniſteriales.*

Spegelberg
Homborg
Everſtein.
Sladem
Woldenberg.
Popenborg
Winſenborg
Henneberg.
Oldenborg
Kirchburg.

Kåverburg.	Blankenborg
Warborg	Reinſten
Scomborg	Wolkenſten
Pyrmont	Heldrungen
Swalenberg	Uſungen
Stolberg	Kranchveld
Juden	Pleſſ
Malsborg	Holte
Daſſel	Büren
Spegel	Dünkslaken
Uterod	Glichen
Amlunxen	Hammerſten
Harſtall	Weſtfalen
Bevern	Ruſcheplatt
Albaxen	Mandelslo
Anhalt	Hopgarten
Valkenberg	Schellenberg.

V. *Alii fideles*

Beata Doringin.	Petrus Waldecker
Salome Golthauin	Nicol. Dalwitz
Catharina Oetelin	Simon Fleck
Urſula Reheborn	Vitus Jonker
Margreta Zaderin	Juſtin. Dommeldich
Maria Kappingin.	Chriſtoph. Boden
Magdlena Grünwald	Stephan Nehrlich
Sibylla Troſtin	Wilhelm Glaſchnieder
Adelheid Förſterin	Erneſt. Spigel
Anna Martinin	Tidericus Roſe
Catharina Stafelin	Franciſcus Greve
Suſanna Bönigk	Arnold Haſe

Sebaſt.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [144] - 132

Sebaſt. Ulenſang	Melch. Hügel
Thom. Nuſſer	Balthaſ. Cubatz
Matthæus Ambos	Joann. Steinkutz
Caſp. Ditrich.	Joann. Voſſ
Henric. Schmerer	Nicol Fleischhauer
Reinard Frez	Maurit. Rennthier.
Hermann. Peterſen	Cetera nomina ob ſordes chartamque attritam non poterant legi.
Ludolf Kloſtermeier	
Buſſo Goldfidler	

Anno MCCCCLXIX. obiit *Joann de Indagine*, ſecundus in reformatione Abbas Bursfeldenſis, vir perenni laude dignus. 1469. *Obitus J. ab Indagine.*

Joannis *ſaxum hoc* Hagii *pune contegit umbram*,
ridet in Angelico mens benedicta choro.

Anno MCCCCLXX. obiit *Herimannus* II. Abb. Corb., qui ſepulcro juſſit inſcribi: 1470. *& Hermanni II.*

Vixi, vivam & vivo. Quid ergò mortuum hîc quæris? abi & vive!

Miſerrimus Corbeiæ ſtatus & extrema inopia, de qua ſatius eſt tacere, quàm pauca, vel omnia dicere, cum tędioſa ſint. Fecerat *Herimannus*, quæ pro ſimplicitate ſua poterat. At cuncta quotidie deficiebant, ob carentiam benedictionis divinæ. Sine lege & regula vagabantur monachi per oppida & agros. Vix duo ſeu tres FF. ſtabant ad pulpitum, & cantabant: Omnia perdita, vendita, & decocta erant; campanas emerant Judæi, nunc de ceteris judica. Summa: ad extrema & pauperrima ventum erat in temporalibus & ſpiritualibus, ne quid ſpecialius tibi dicam. Hinc publicâ auctoritate per *Hartmannum Poelmannum* & *Henningum*, S. Mich. & S. Gothardi Abbates, inſtituta eſt viſitatio, quâ iterum *Status Corbeiæ miſerrimus.*

relevabatur agonizans Corbei. Pro feliciori succes-
su *Ioannes Lottius*, monachus S. Gothardi, relictus Cor-
beiæ, ceu Prior, factus postea S. Michael. Abbas in Hil-
desia. Quæ tot olim urbibus & gentibus dominabatur,
vix panem & salem amplius habebat pro indigentia sua.
O quàm magnus quæstus pietas est, & quàm grande ma-
lum luxus & securitas. Erant sanè, qui compassionem su-
am testabantur, detestantes autem simul negligentiam
1471. disciplinæ & dissolutam monachorum vitam. Labi hu-
Engelhard. Amelunx-born. manum est, at non resurgere belluinum, imò satanicum.
An. MCCCCLXXI. *Engelhardus*, Abbas Amelunxborn., o-
mnes invitabat Canonicos, & humanissimè singulos ex-
1472. cepit. Anno seq. obiit máter mea *Martha*, nata *Rot-*
Obitus Marthæ Wittehenn. *termundia*. Inscriptio ejus hæc:
Martha, Seb. VVittehenne, Patritii & Senat. Hüxar. relicta,
è gente Rottermundia, in hac crypta lætam præstolatur resur-
rectionem. Verè Martha erat, & simul Maria. Sic paucis
cuncta dixi. Bene, quæ has spartas prudenter conjunxerit.
1473. *Sit memoria ejus in benedictione & anima in quiete. Anno*
& M. Casp. Wittehenn. *Domini* MCCCCLXXII. *fer. secund. ante fest Pentecost.*
Anno MCCCCLXXIII. Obiit frater meus M. *Casparus*, an-
nô ætat. XXXVI.

Hâc jacet in crypta gallinæ *filius* albæ,
Casparus *docti splendida gemma chori.*
Hüxaria *hunc genuit, docuit* Maguntia, *& alma*
Erfurtina *dedit laude* Magisterium.
Plus ultrà: si longior illi vita fuisset,
ast juvenis medio in flore suo cecidit.
Non volumus longas laudes inscribere tumbæ,
Sufficit hæc illi: vixit ubique bene!

1474. Anno MCCCCLXXIV. Excellentissimus & Nobilissimus
gloria Corbeæ. Vir veniens Corbeiam, cum stupore & summa reveren-
tia in-

tia intuitus est *admirabilem locum*, Deo agens gratias. Idem quoque fecit *Nic. Cusa*, Presb. Cardinal. S. Petri ad vincula, & sedis Apost. Legatus per German. &c. Hic sanctitate & gloriâ Corbeiæ permotus Mindâ, ubi tunc erat, huc accessit. Aream monasterii ingressus, in terram prostratus eam osculatus est, dicens elevatis ad cœlum manibus: *ô sanctatellus, quæ tot genuisti Apostolos & Episcopos!* Sit Dominus in secula benedictus! (*m*) Anno MCCCCLXXV. *Jacobus Siverts* Hüxar. altari B. *Vincentii* à Kunegunde Derenthals fundato in templo S. Kiliani dedit L. florenos auri rhenensis. Anno seq. *S. Annæ* & S. *Vito* Mart. in eod. templo dat *Laurent. Tropper* marcam unam cum dimidia Anno MCCCCLXXVII. *Augustinus Gansa* cuilibet Ecclesiæ intra civitatem post obitum suum legavit tres marcas.

1475. *Altare S. Vincentii.*

1476. *S. Annæ & Viti.*

1477. *August. Gansa.*

[Hîc quædam in chron. MSto desiderantur.]

Anno MCCCCLXXXI. Vidi in monasterio *Kaminatensi* chronicon istius loci à Tymone Præposito cœptum, ab *Herboldo de Haselhorst* continuatum, in quo multa notabilia deprehendi. (*n*) Inter alia hoc: erat servus rusticus, ob diversi coloris capillos *Georg Vittgehl* vocatus: siquidem in dextra parte omnes erant *flavi*, in sinistra verò *albi*, & barba quoque alba. Post ardentissimam verò febrim omnes deciderunt, succreveruntque *nigri* in capite &

1481. *Chronic. Kaminatense.*

Georg. Wittgehl.

(*m*) *Alii per* Excell. & Nobilis. *istum Virum intelligunt quendam de* Oldenburg, *alii Episcopum Numburg.* Tidericum. *Duo fuêre* Oldenburga, *alterum in* Wandalis *Holsatiæ vicinis, vide Kranz. L. III. Sax. c. 26. alterum propè* Bremam, *quo de vid. chron.* Hamelmanni. *Remur, quendam ex Archi-Comitibus hisce fuisse.* Theodoricus *enim de* Burgsdorf, *Antistes Numburg, jam an.* 1471. *decesserat. Lang. chron. Citiz. ad h. ann.* (*n*) Tymo *iste vixit circa ann.* 1235. *& 1239.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [147] - 135

Notabilis capillorum mutatio.

te & barba. Alium novi in Meinbrexen, cujus capillitium cum barba *nigerrimum* & crispatum erat. Post mortem autem tertio die, quo tumulari debebat, caput & barba cœpit *canescere.* (o)

1482. *Confirmatio privilegiorum.*

Anno sequente *Hermannus* III. iterum confirmat privilegia Hüxariensia, inque iis literas *Robertinas* & *Mauritianas* in vigilia Assumtionis B. M. Virginis Anno MCCCCLXXXIII.

1483. *Chronic. S. Godehardi.*

Vollrad. Schube, Vicarius Hildes. in Summo, collegerat *chronicon de monasterio S. Godehardi*, pro quo Abbas largissimum ei præmium dederat.

Bona intentio Continuatoris nostri.

Studui optavique, ut omnia ista, quæ vidi, & à *Viselbeccio* notata sunt, chronica conquirere potuissem. Sic enim singula in unum volumen comportassem ad futuram memoriam. Talia enim amo egregiè. Quædam pusilla erant, bonis tamen rebus farta. Sed non potui votum hoc meum assequi, maximè propter invidiam monachorum & monialium; quod genus hominum de scrutatoribus talium rerum sinistra statim suspicatur.

1484. *Questus de Corbeiensibus.*

Anno MCCCCLXXXIV. Domini Corbeienses varia hactenus nobis fecerunt damna sub variis prætextibus, quasi omnis religiositas & proventus eidem deputati ad sola monasteria essent alligata, & reliqui Clerici abjecta terræ pondera essent Anno seq. instituitur fraternitas S. Jacobi in *Hadersberg*, &

1485. *Fraternitas S. Jacobi.*

1486. *Fraudes & abusus in ea.*

visitantibus hunc locum largissimæ conceduntur indulgentiæ. Verùm multæ fraudes & abusus notati sunt, conprimis Anno MCCCCLXXXVI. omnibus adhuc notissimi. Seq. annô in festo *S. Justini* Herimannus omnes

1487. *Hermanni discursus convivales.*

Canonicos ad collationem invitabat, discurrens de multis rebus, ad majorem Dei gloriam & omnium salutem

(o) *Conf.* Zeit-kürtz. erbauliche Lust *num.* 89. *&* 156. *nec non Dec. II. Eph. curios. ann.* VIII. *obs.* 103.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [148] - 136

tem pertinentibus, si modò effectui dentur. Ne autem Benefactores Ecclesiæ nostræ in tenebris semper jaceant, sed posteri nostri moveantur eò ardentiùs pro eis orare, catalogum eorum adpono. 1488. *Benefactores S. Petri,*

Benefactores S. Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Petrum in Hüxaria.

Hermann. & *Hillebold* FF. Com. *de Pyrmontio,*
Hinric. C. de Slademio,
Bodo de Horohusen
Hermann. Nob. Domicell. de Everstein,
Ludowicus de Everstein,
Joann. Jun. C. in VVunstorp & Rhoden,
Oto C. de Halermund
Joann. C. à Dipholt
Bernh. C. de Peina
Iso C. de VVelpe
Popo C. de Popenborg
Bodo C. de Rabensporg.
Sifredus de Oldenhusen
Conrad de Blankenborg
Ludolf. & Herm. C. de Dassel
Ludgard de Valckenstein
Sifred. & *Heydenric. Nob.* DD. *de Homborg.*
Hinric. C. de Hoja
Maurit. Dom. de Plesse
Busso C. de Reinstein
Hinric. C. de Reinstein & conthoralis ejus
Gunter. de Swalenberg
Conrad. C. de Warberg
Herm. C. de Woldenberg
Joann. C. de monte
Tidricus de Brakel.
Bernard. jun. de Dærstad
Elisabetha de Lingen
Berthold. Archiepiscop. Magunt.
Otto Episcop. Hildes.
Otto Episc. Pateborn.
Hermann. Episcop. Halberst.
Conrad. Episcop. Verdens.
Otto Spegel
Hermann. de Kalenberg
Herbold de Papenhem
Olricus de Gohusen
Joann. de Jude
Joann. de Gutersvvik
Philip. Grunberg

Sifrid Archiepiſcop. Colon.
Rodolf. Epiſcop. Mindenſ.
Rodolf. C. in Stotel
Borchard Dom. de Dærſtad
Ulric. C. de Honſtein
Albert C. de Hackeborn
Wülbrand Abb. Corb.
Conrad. Ries
Gebhard de Bortfeld
Frideric. de Niendorp
Lutardus de Mengerſen
Nathanael Wothan
Joach. Wagener
Andr. Weis
Phil. Luttervvalt
Joann. Schvvartleu
Paul. Voſeler
Henric. C. de Sternberg
Ludolf. C. de Hallermund
Bya. C. de Reinſtein
Hermann. de Nettelrod.
Stephan. de Malsborg
Otto C. de Everſtein
Adolf. C. de Daſſel
Volquin. C. de Svvalenberg
Adolf. C. de Waldeg.
Erhard Pape
Cyriac. Lindener,
Barthol. Bardonius Presb.
Andr. Scheffer
Georg. Walter
Martin. Rote
Juſtin. Brauhof.
Petr. Knüttel
Juſtin. Eckſted Canon.
Melch. Weber
Petrus Gorsleben Presb.
Wolfgang Huter
Conrad Numborch
Andreas Knorr
Joann. Dreſſener.
Hermann. de Uslaria
Everard. & Conrad de Amelungſen
Hermann. de Nienkerken
Conrad. Hateke
Albert. de Recling huſen
Hermann. de Börſtel
Hermann. C. de Pyrmont
Ditricus de Haversfort miles
Herm. Bock Canon.
Bartolom. Finſtervvald
Valent. Schonfeld
Gabr. Mugler.
Philip. Sempervvitz
Jacob Betgerſen Presb.
Wolfgang Dümpler Canon.

Valent.

Valent. Henzler. Vicar.
NathanRattengift
Everhard de Nienkercken
Herm. de Badenſtein
Frid. ab Adonais
Tidericus Palſterkam
Eccardus Hayn
Matthias Schnitter
Henric. Gottleben
Jerem Grunner
Balthaſ Klemm,
Abraham Schneeberg
Joann. Wintzer
Fridericus Hippius Canon.
Thom. Würtzener
Thom. Gantziger
Emanuel Kirſtener
Beatus Groſner Canon.
Petr. de Torgen.
Jacob. Klettenfend.
Dan. Machter.
Maximil. Hentzelius Presb.
Fortunatus Becker.
Bern. de Bapſtorp.
Henric. de Wulfſtein.
Wilhelm. de Ketteritz,
Olricus de Heldorp.
Werner. de Clettenberg.
Anno de Heymborg.
Tideric. de Wolverſtorp.
Frid. de Waldheim.

Albert. de Lutterſtein.
Erneſt. Stolpe, Canon.
Georg. Gommerus Vic.
Henr. Burgrave.
Auguſtus Springer.
Chriſtian Streitfelder.
Alex. de Bacherach.
Joach. Hoberger, Canon.
Magnus Schäve Vic.
Hector Meuſeler.
Adolf. Böhmer.
Sidonia de Malsborg.
Catharin de Geiſmer
Anna de Dalvvich.
Eleonora de Molch.
Otto Janner Eques Hieroſolymitanus.
Lucretia Schmaltkäfrin
Henric. C. de Spegelberg
Henric. C. de Pyrmont
Henric. de Reden
Sam. Rieſ
Joann. Endorf
Georg. Schantzengräber
Thom. Eyervvill
Andr. Dotterſamm,
Phil. Hering Canon
Maria Holtvvormin
Formoſa de Mangolt
Gratioſa de Heldrungen
Otilia de Honſtein

Jacob Seligmann Presbyt.
Leonh. Elfter Canon.
Paul. Rabenfus
Petrus Lebermann
Barthol. Metzlerus Presb.
Sabina Wolferley
Eliſabeth de Clettenberg
Hieron. Häfner Vicar.
Chriſtian Becker Senior
Theophil. Löpler Presb.
Joannes Münch
Joſeph Zeitlohs
Caſp. Rahm Canon.
Zachar. Hellvveg
David Santſchimmel
Chriſtoph. Lauchfelt
Dan. Küttel
Elias Fichtenberg
Sebald Löper
Michael Hirſchkolb
Frid. Töpper
Jerem. Harniſch
Sim. Trombeter
Seb. Surdorn
Sam. Eſch. Canon.
Elias Donnerreben
Eugenius Sorbius Presbyt.
Henric. Erpillus Presbyt.
Jacob Apius Presbyt.
Adam. Birckreis
Petrus Eppich. Canon.

Joann Hirſchbrey
Nic. Schatenfroh
Frid. Hartholt, Vicar.
Andr. Iſenhart,
Nicol. Langſchläper
Lazar. Paucker
Andr. Bartſchärer
Andr. Steinbrecher
Mich. Sonnvveg
Nic. Amtmann
Ern. Zippelträger
Steph. Scheveſtein Presb.
Eſaias Silberberg
Valent. Blauſtern
Mart. Wittbeck
Paul. Beſebom
Auguſtin. Körbeler Canon.
Mich. Galgan. Vicar.
David Albe Diacon.
Nic. Iſpenius Presb.
Franc. Eyertreck
Georg. Denſtetter
Jonas Guldenhorn
Matthæus Krutmeier
Mich. Beidermann
Valent. Teppicher
Paul Wachsſtable
Bern. Mohnkopp
Sam. Seybe
Jodocus Heinzemann
Valent. Beinholt

Paul

Paul Rappe
Marcus Hochel
Henric. Linkohr Canon.
Thom. Bienhartz
Zach. Lerchenschvvantz
Eroch Isengart
Olricus C. de Reinstein
Casp. Rehkopp, S. Th. L. & Canon. Colon.
Christian Hottensen
Burcard Moll
Carol. Asche
Justin. Thurmkönig Vicar.
David Fröner
Sebast. Ebenerus Canon.
Mart. Maseranus Canon.
Anton. Wintergrün
Erasmus Moos Vicar.
Blasius Raden Diacon.
Lucas Mörerus Presb.
Jacob Seeblum
Sam. Seyler Canon.
Seb. Hambuten
Ad. Schvvartbähr
Sigmund. Oehlsaam
Mich. Elend Presb.
Barthol. Mahlmöller
Anton. Gänsefett
Joann. Plassius Canon.
Hieron. Hünerdarm
Conrad Mährer. Vicar.
Wendelin Halfter

Christoph. Kârner.
Jacob Wegbreit
Athanas. Vohrenholt
Petrus Nigritius Presb.
Tob. Wurtz Presb.
Frid. Flach
Leonh. Blackküttel
Andr. Atter.
Joann. Rottvveyer
Otilia de Nienborg
Christian Goltkäver
Constantinus Qvappe Vicar.
Conrad Habich
Ferdinand. Hummel. Presb.
Conrad Tasch
Mich. Feldhuhn
Nic. Kraher
Joann. de Adorp
Martin. Langaahl
Philipp. Gucker
Theod. Küngle
Alfonsus Helper
Jodocus Kützerus Presb.
Melch. Hagler
Jacob Seldener
Paul. Kertz
David Montanus Presb.
Ditericus Gensel
Matthias Pimpernult
Isacus Dalerus Vicar.
Frid. Helgenfreter

Phil. Liebmaul
Georg. Hoppentrâger
Nicol. Bachſtein
Leonh. Rächſtehl
Nicol. Lämmerbock
Ambroſ. Sydenvveber
Petrus Blumond
Erhart. Rehbock
Godfred. Habermehl
Fabian. Wâgerecht
Caſp. Leitſeil Diac.
Albert. Struſ Canon.
Tiburtius Wedehop
Abel Borch
Benedict. Pyren Presbyt.
Albert. Decan. Eccl. maj. Halberſt.
Steph. Oſtmann. Presbyt.
Adam Mumm
Petr. Rottermund
Hieron. Vulfelius
Andr. Aſpenius
Auguſtinus Ganſa
Rupert. Wiltſau
Melch. Stöhr
Laur. Sydenvvorm

Florian. Wuſtling. Diac.
Anton. Tigervvolf
Steph. VVuwe Canon.
Paul. Schaphover
Cardinal. Cuſa Presbyt.
Abraham Karpf Vicar.
Nicol. Huſen
Vincent. Slangenfett
Caſp. Schvvamm
Ditmar VVeichner
Tobias Kruſe
Chriſtophor. Samler. Presbyt.
Joann Rye
Petrus Herre
Andr. Grobſchmied
Chriſtian Raff.
Civitates Suſatum, Patеborn,
Braxla, Minda, Brema, Gôtinga &c.
Philipp Salix
Lambertus Noth Presb.
Valent. Mahler
Gunter Bockener. Vicar.

Reliqua nomina à blattis muribuſque erant exeſa. (p) An.

1489. *Furtum altaragii.* MCCCCLXXXIX. *apprenticius* quidam Juſti Rebners ex

(p) *catalogus hic confuſè deſcriptus mihi videtur, non ſecundùm ſeriem annorum. Tranſilierit fortè* Gregorius *noſter ex alia membrana columna in aliam, reus, ſat eſſe lectori, nomina tantùm ſciſſe.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [154] - 142

ex *altaragio* noſtro multum abſtulit. Pro *amerciamento* accepit baculationes in carcere ſubterraneo, teſte veteri regiſtro. Per *apprenticium* diſcipulum ſeu tyronem intelligo: per *altaragium* proventus presbyterorum ex oblationibus altaris: per *amerciamentum* verò pœnam. Annô MCCCCXC. *Anna de Tvviſte* pretioſum nobis dedit *offertorium*, ſeu ſindonem ſericeum, in quo oblationes fidelium reponuntur. Anno ſequente fundatio capellæ S. *Gertrudis* extra urbem propè leproſorium confirmatur. Annô MCCCCXCII. *Sebaſtian. Ebener* Canonicus fit monachus in Amelingsborn. Annô ſequente obiit *Chriſtoph. Samler*, dives Presbyter:

Collegit multum Samlerus, *Presbyter iſte*,
Pro Chriſto, à quo nunc fœnora multa capit.

Annô MCCCCXCIV. *Wilhelm Gronſpecht*, civis Hüxar:, in judicium iturus rogatur ab obvio: quònam? dixit, ſe adverſarium ſuum *Grap* nunc in anguſtias pulſurum. At cùm bonus vir domum ſuam repeteret, lapide à vento de turri dejecto lethaliter in capite vulneratur, ut altero pòſt die mortuus ſit. (q) Annô MCCCCXCV. *Hermannus* à nonnullis monachis inſtigatus cœpit animo eſſe alieno erga civitatem, & clanculùm contra eam agere. Sed quid ſine viribus ira? Rogavit ergò hæc, ut pacti promiſsíque ſui ſuorumque Prædeceſſorum memor, ſi quid haberet contra eam, ſufficienter exponeret, caveretque, ne ex ſcintillula oriretur incendium. Florente ſiquidem Civitate ſemper floruiſſe Corbeiam. Quomodo nunc hæc ex illius ruina

1490. *Offertorium*,
1491. *Capella S. Gertrudis.*
1492. *Seb. Ebener.*
1493. *Chriſtoph. Samler*,
1494. *Imprudenter dictum punitur.*
1495. *Molimina Hermanni*

(q) *Cùm* Petillius *montem, cui* Leto *cognomen erat, oppugnaret, interq; adhortationem militum dixiſſet*: Hodie utique Letum capiam, *inconſiderantius prœliando fortuitum jactum vocis* letho *ſuo minimè læto confirmavit. Val. Max. L. 1. c. 5.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [155] - 143

1496. *Correcta.* ruina ampliorem fortunam ſperaret? Ille ſibi timens, &, re nunc melius intellectâ, cives de omni periculo ſecuros eſſe juſſit, non audiens ampliùs *monachos, tranquillitatis inimicos.* Annô MCCCCXCVII. P. *Andreas* è Minoribus noſtris totus à morbo emaciatus ſedebat in lecto, & deglutiebat pomum recens. Aſcendit *aſinus* in cellam ejus, *ſerto buxeo* à pueris coronatus. Quod ſpectaculum exhauſto & decrepito ſeni tantos excitavit cachinnos, ut ex fruſtulo pomi non ſatis manſo & ad fauces firmiter protruſo ſuffocatus ſit. (r) Anno ſequente *Hermannus*, Epiſcopus Patebornenſis, *ſubſidium charitativum* à toto Clero Hüxarienſi poſtulat & obtinet. Eodem *Suſanna Machtia* altari S. Catharinæ ſub turri ad S. Petr. contulit IV. marcas argenti.

1497. *Mors ex riſu.*

1498. *Subſidium caritativum.* *Suſanna Machtia.*

Hic ſubſtitit Wittehenne, viam univerſæ carnis ingreſſus.

M. NI-

(r) *Similem* Philemonis *riſum propter ficus ab aſello voratas, morte compenſatum, vid. apud Val. Max. L. IX. c. 12. ext. num. 6.*

M. NICOL. ERBENII,

Past. Hüxar. Primar. ad D. Kilianum,

ADDITIONES.

CUm, Deo sic volente, ab Amplissimo Patriæ Senatu ad Primariam parochiam in sacra *Kiliani* æde nuper vocatus essem, & *Chronicon Viselbeccii*, cum continuatione *Gregorii VVittehenne*, Canon. ad S. Petr., ab amico mihi traderetur, gavisus sum ex animo, non tantùm propter honesta civium meorum studia, sed quòd occasio mihi data fuerit urbem nostram ab incunabulis accuratiùs spectasse. Legi igitur relegique, & lectio nunquam non placuit. Singularia enim & scitu digna insperſa sunt, ut φιλοπονίαν & candorem utriusque meritò commendemus. Vitas eorum ex codice vidi. Cúmque facile sit inventis aliquid addere, saltem pro privata informatione mei breves paucasque additiones subjungere volui, in hoc studiorum genere, quod ultrò fateor, non adeò versatus. Fato autem functus suô *Gregorius* noster anno MCCCCXCVIII. in festo S. Mich., cujus pulcherrimum cenotaphium hoc est:

Deo & æternitati!

Gregor. VVittehenne, natus in urbe honestissimis Parentibus Sebast. Senat. & Martha Rottermundia anno MCCCCXL. *ipso festo omnium Sanctorum: Didascalos domi nactus est doctos probosq;, & tales adultior Maguntiæ & Coloniæ Ubiorum quæsivit & reperit. Patriæ redditus integer, ie. pius doctus, candidus; Presbyterii & Canonici dignitatem ad D. Petr.* Cenotaphium VVittehenn.

T anno

anno MCCCCLXVII. *ætat. suæ* XXVII. *simul obtinuit, in qua cùm semper bene vixerit, ecquî potuit male mori? morere tu etiam, qui vitæ cupidus es, antequam oporteat mori, sic nunquam morîêre. Gaudeat ille æternùm. Latus in hoc antrum, quod vivus sibi cubiculum fecerat, annô gratiæ* MCCCCXCVIII. *mortalitatis suæ* LVIII. *in ipsa festivitate Glorioſi Archangeli Michaëlis, pleuritidis suæ malignæ die sexto nondum completo, annô Presbyterii & Canonicatûs sui* XXXI.

Æterna in pace quiescat!

1499. *Felicitas urbis.* Annô MCCCCXCIX. Durante adhuc miseria Corbeiensium (*f*) *ex neglecto timore Domini*, si vera dicere fas sit, scaturiente; urbs nostra feliciot fuit, cujus *clypeus prudentia, & justitia scutum est.* At quisque suæ fortunæ faber est: Et nemo læditur, nisi à seipso. Cœperant quidem nuper religiosi Præsules Hildesheimenses sordidum istud stabulum repurgare, at non unius diei labor erat. Tardiùs semper convalueris, nisi *advenienti* morbo generosa remedia opponas. Addultior jam haud uno vincitur scypho. Ergo noli rem seriam differre in crastinum. Optârat *Hermannus* sperâratque semper meliora, at non audiit currus habenas. Sedit igitur bonus *Bömelburgius* lachrymas inter & suspiria, lentè tabescens præ mœrore animi, à filiis inusto. Quis enim exultet in interitu suorum? Ne verò eadem fata, justa at dura, civitatem maneant, sed potius, ut intelligat, etiam suam rem agi, ardente nunc pariete proximo, sacrorum Dei curam gessit maximè, prospiciens templis scholisque, auctis fidelium Ministrorum stipendiis. Et sanè Rem hanc publicam bene semper constitutam tam

1500. *& gloria.*

1501. *Legati Bavari dictum.*

vici-

(*f*) *Ad ann.* 1470.

vicinis, quàm exteris placuisse, vel ex eo liquet, quòd primarius Legatus Bavarus anno MDI. hîc pernoctans, explorato penitius genio, indole & virtute loci, publicè dixerit: *se velle, ut* strenua *hujusmodi oppida in Bojariam afferre posset*; additis hisce versibus:

Urbs animosa, *Tui sunt fortes* mœnia *cives*,
excelsæ mentes sunt propugnacula; turres
pectora magna Virûm: hæc est gens, tua, VVestfala,
SPARTA.
Cujus nos meritò laudabimus ARMA VIROSQUE!

Hermanni Pavvels filiolus ab ipsa infantia manibus pedibusque claudus ad B. Virginem *Grimthalensem* delatus *sanatus.* & sanus inde rediisse dicitur. (*t*) Quid non sibi imaginantur filii credulitatis? Anno MDII. *Joannes Snaukius* Decanus S. Petri auctoritate Papali constituitur Judex & conservator jurium ac bonorum cœnobii S. Modewardi in *Helmershusen* Ord. Benedictini. *Rembertus Remberti*, Scholasticus ad D. Petrum, dedit altari S. Nicolai in templo hujus quinque marcas argenti pro levamine & medela animæ suæ. (*u*) Eôdem transfertur beneficium S. *Mariæ Virg.*, S. *Barbaræ* & *S. Joh. Bapt.* ad capellam *Borchardi Golischmeds*, sicut allegatum beneficium B. Virg. sacello Petrino perpetuò adjudicetur. Anno MDIII. *Joannes de Minningeroda*, vulgò dictus der Römer / liberalis fuit erga D. *Kilianum* reversus ad suos. *Otilia Rukslebia*, eidem dedit calicem argenteum cum inscriptione: *Orate pro Otiliæ anima.* Eod. annô clanculum hîc delituit

Claudus sanatus. 1502. *Joann. Snaukius.* *Remb. Remberti.* *Beneficium S. Mariæ &c.* 1503. *Ottilia Rukslebia.*

T 2

(*t*) *Vid. de ista statua* Grimthalensi *Spangenberg. chron. Heuneberg. L. V. c.* 44. *p.* 246. (*u*) *Letzner. in hist. Ludovici Pii c.* 70. *p.* 156. *hunc* Remberti *vocat Licent. Juris, & eximium Syndicum Erfurt. ac Canon. S. Petri.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [159] - 147

tuit fugitivus ille Universit. Erfurt. Rector, fictitius
Comes Hennebergicus, at revera carnificis filius. (*vv*)
Comes Henneberg. fictus. Anno MDIV. defuncto *Hermanno Bömelburgio*, hujus
1504. nominis III. electus *Franciscus*, ex incluta *Kettelorum*
Franciscus Ketteler. gente prosatus, quæ primum Churlandiæ Ducem *Gothardum* dedit. (*x*) Hic *Franciscus* summa cum gloria
1505. Prælaturæ dignitatem auspicatus est. Et sanè nisi tem-
Laudabilis Præsul. porum iniquitas laudabili ejus proposito aliquando obicem posuisset, cuncta, quæ moliebatur, ad optatum perduxisset finem. Interim, quæ potuit, fecit candore & industriâ maximè commendanda æquè in ecclesiasticis ac secularibus. Bona siquidem distracta, vendita, oppignorata, aliquot millibus redemta monasterio suo reddidit, disciplinæ monasticæ cultor. Anno MDVI. *Her-*
1506. *mannus* Hassiæ Princeps, & Antistes Padaburnensis,
Templum Beveranum. quem *Pacificum* vocant, templum Beveræ, à *Brunone de Bevern* conditum, ipso *Vincentii* die in honorem S. Joannis Apostoli solenniter consecravit. (*y*)

Dat Sanctus Vincentius *hac encænia nobis*,
hinc reddit grates Bevera *grata Deo.*

Z. A.

1507. Anno MDVII. vendunt Corbeienses alteram partem ci-
Eresburg vitatis *Eresburgensis* Hermanno, Archi-Episcopo Colonienſi. Facilius est capere, quàm retinere. Annô
1508. MDVIII. Erat clericus in urbe valde rudis, sed insig-
hypocrita. nis hypocrita, in quem confrater ejus ita:

Esse

(*W*) *Conf. chron. Henneberg. cit. L. V. c. 44. p. 247.* (*x*) *Vide Dav. Chytræi L. XVIII. p. 519. & L. XX. p. 592. seqq. & L. XXVIII. p. 837. Reinking. de R. S. E. E. L. I. class. 2. c. 9. p. 180. Gerhard. Mercator. in Atlant. minor. p. 114. &c.* (*y*) *Conf. Letzneri chron. Dassel. L. IV. c. 33. p. 182. & hist. Ludov. Pii cit. c. 37. p. 87. b.*

Esse nequis Pastor; *non aptus es*: *ergo studebis*,
Ut videaris ovis; *sic*: *malesidus* ὄφις.

Anno MDIX. *Wülbrandus de Oberg*, Præpositus Einbeccensis, VI. marcas dedit S. Kiliano. Anno MDX. *Conradus Mapfius*, Rector beneficii S. Catharinæ ad S. Petrum, dedit S. Nicolao unam marcam. Anno sequente *Ericus*, Padaburn. Episcopus, Dux Brunsvicensis, *Ottbergam*, *Godelhemium* & *Ovenhusium*, non sine damno Hüxariæ, incendit vastatq; (z) Dn. *Franciscus Kettler* anno MDXII. in crastino Marci civibus suis Hüxar., more Majorum, omnia jura, immunitates, & privilegia bonâ fide confirmat, literis *Robertinis*, *Mauritianis*, aliorumque Antecessorum suorum, κατὰ πόδα inhærens & subscribens, sine dolo, sine fraude. (a)

1509. *Wülbrand. de Oberg*

1510. *Conrad Mapfius* pagi Corb. vastati,

1511.

1512. *Confirmatio privilegiorum.*

Dat dextram dextro *Domino urbs* dexterrima *nostro*,
fidit & in dextra dexteritate *sua*.
Redde urbi dextram, *Præsul* dexterrime, *nostræ*,
dextram *ac* dextellam *ut* dexteret *usque bonus*.

Mich. Rose.

Annô MDXIII. Parochus auditoribus suis pro strena vovit *hydropem*.

1513. *Hydrops pro strena.*

Non sitio Cæsi nummos, *aut Nestoris annos*,
his animæ nunquam quippe levabo sitim.
Hydropem *sitio*: *hancce sitim quis sedat? adipsa*
da mihi vitæ (*nam sola valebis*) *aqua*.
Pro strena sacrum hydropem *largire Redemtor*,
ante meum funus sicque beatus ero.
Hydrops *nam veluti*, *quamvis in flumine vivat*,
usque siti siccâ guttura tosta cremat.

(z) *Idem Letzner hist. cit.* (a) *vid. deduct. jur. & gravamin. Huxar. no. IX.* in Beylagen /

Sic fac, ut ſemper ſitiam Te, lympha beata,
quò plùs ſunt potæ, plùs ſitiantur aquæ.

1514. *Felix Gottmann.* Sequente anno obiit *Felix Gottmann*, ſincerus & laborioſus Paſtor.

Mortuus eſt Gottmann? *mihi flendi nulla voluptas;*
præſtat nonne viri *funera flere* mali? (*b*)

1515. *Beneficium S. Mariæ &c.* Anno MDXV. confirmatur beneficium S. *Mariæ* Virg., *Annæ, Petri & Pauli* in Eccleſia Petrina per *Conradum Stüterum*, Canon. ibid. fundatum, & aſſignantem pro dote 224. florenos aureos Rhenenſes cum calice novo & miſſali.

1516. *indulgentiæ.* Annô MDXVI. *Ericus*, Epiſcopus Oſnabrug., XL. dierum *indulgentias* de injunctis pœnitentiis relaxat omnibus iis, qui in Eccleſia S. Petri ſingulis feriis quintis poſt veſpertinas reſponſorio *diſcubuit*, cum delatione venerabilis ſacramenti, devotè interfuerint.

1517. *Henric. Brunſvic.* Anno MDXVII. afflixit *Henricus* Brunſvicenſis civitatem noſtram.

1518. *Theſes Luteri placent Canonico.* Annô MDXVIII. cùm ſenior aliquis Canonicus de theſibus, indulgentiis à Lutero oppoſitis, aliisque ejus conatibus, audiret, ſubridens dixiſſe fertur: **min leeve Broder Merten/ wenn du dat Fegefür und die Papenmarcketenterey ſtörmen und wegſchludern kanſt/ beſtu vorwahr en groter Here.** (*c*) *Mi Martine, ſi purgatorium & indulgentias expugnaveris & ſuſtuleris, næ magnus mihi eris Apollo!* Quid verò, nunc ſi viveret,

1519. bonus iſte Clericus diceret? Annô MDXIX. exarſit bellum

(*b*) *illi ſunt plorandi, qui poſt mortem à* dæmonibus *ſepeliuntur in* inferno, *non illi, qui ab* angelis *collocantur in* cœlo. *Bernhard. de mod. bene vivend.* (*c*) *ita etiam* Kranz., *iisdem Luteri poſitionibus paulò ante obitum lectis*, frater, *dixit*, abi in cellam, & dic, miſerere mei. *Vid. Joh. Wolf. præfat. in ejus Regna Aquilonaria.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [162] - 150

bellum *Hildesiense*. (*d*) Anno MDXX. confirmantur census VII. solidorum *ad panes* in festo S. Petri ad festum Corporis Christi. Anno MDXXI. nobilis *Advocatiæ* dignitas ab *Hildesiensibus*, unà cum civitate *Dassel*, castro *Hunnesrück*, & aliis pertinentiis, jure perpetuo ad inclutos *Brunsvicenses* translata est. (*e*) Annô MDXXII. confirmantur VIII. solidi in festo S. Martini ad fraternitatem S. *Luttrudis* in Ecclesia Petrina: & IV. floren. aur. rhenens. ad officium prædicaturæ in eodem templo pertinentes ad festum nativitatis Christi. Annô MDXXIII. Ab isto tempore, quo Luterus bellum indixit Papatui, *contributiones animarum* (liceat ita vocare) valde imminutæ sunt, ut etiam Clerici dixerint: **wann dat Ding lange duhrt/ werden uſe Pfründen ſehr iñſchrumffen.** Annô MDXXIV. Siquidem multi cœperunt difficiliùs fidere suis Doctoribus, licèt in fermento suo jacuerint. Annô MDXXV. *Simon Beck* odium concitavit Padabornensium, quòd publicô aliquo carmine Corbejam *Diœcesin* vocârit. (*f*) Anno MDXXVI. *Sigmundus* de *Kerckberg*, rusticorum tumultuantium fautor, S. Petro & S. Nicol. dedit magnum missale. (*g*) Annô MDXXVII. intue-

Bellum Hildesiense. 1520. *Confirmatio censûs.* 1521. *Advocatia monastica.* 1522. *Confirmatio censûs,* 1523. *Lutheranismus crescens.* 1524. 1525. *Corbeia Diœcesis,* 1526. *Sigmund. Com. Kirchberg.*

(*d*) *Spangenberg. chron. Saxon. c. 355. p. 594. & Letzner. chron. Dassel. L. II. c. 18. seqq.* (*e*) *Primos illustris monasterii Advocatos constituit Lud. Pius Comites* Dasselenses, *penes quos hoc officium, à condita Corbeia ad Visurgim, ie. ab anno 822. usque ad 1329. integris 510. mansit. Ab his devolutum est ad Episcopos* Hildesienses, *qui eô functi sunt 192. annis. Ab his demum ad* Duces Brunsvicenses *pervenit. Vide diss. m.* de advocatia monastica. (*f*) *at ipse Episcopus Padeborn. in reversalibus suis* octies *vocat* Diœcesin. *V. d. diss. m. hist. VI. §. 14. g coactus fecit, quicquid fortè fecisse putatur Illustriss.* Sigismundus, *Vid. chron. Henneberg. cit. L. V. c. 44. p. 256.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [163] - 151

1527. *Crucifixi imago.* intuebatur Juriſta & Medicus imaginem crucifixi in templo Kiliani, mirantes elegantem picturam; ſtat à latere Vicarius aliquis, & ſubitò inſcriptô parieti hôc diſtichô abit.

Effigiem in cruce dum Vos contemplamini Jeſu,
Inter latrones *pendet is ecce* duos!

1528. *Joann. Perdix.* Anno MDXXVIII. miſi nobis *Joannes Perdix*, Decanus Einbeccenſis, S. Auguſtinum. (*h*) Annô MDXXIX. 1529. *Sudor Anglicus.* *ſudor Anglicus* etiam noſtris innotuit oris. (*i*) Annô MDXXX. mus aliquis minor Amici *Plautum* roſerat, in quem ita ipſe:

1530. *Mus Plautivorus.*

Siccine cum larvis luctari puſio debes,
& nigras Cadmi rodere filiolas?
Quid truncas Plautum, *lepidum caput iſtud, & umbram*
cur es? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.
Fas foret, ut lumbos durô tibi fuſte dolarem,
aſt ego vindictæ ſupprimo frena meæ.
Ingenium laudo, ſalibus *quia veſceris, imò*
gratior Ægypto, ſal *fugiente, ſies.* (*k*)
Sal peperit Venerem, ſalibus *ſine nulla cupido,*
humana in ſalibus *ſtatque caditque ſalus.* (*l*)
Scis forſan priſcûm legem, (*m*) *ergo ut tutior eſſes,*
vis alve citiùs conſuluiſſe tuæ.

Præ-

(*h*) Chron. Daſſel. cit. L. VI. P. I. p. 63. (*i*) eod. chron, libr. cit. p. m. 113. (*k*) Sacerdotibus Ægyptiis non ſplenduit in menſa ſalinum, ne pruritus venereos ſentirent. Plut. Lib. 5. ſymp. 10. (*l*) vid. Th. Williſii lib. de fermentatione c. 2. p. 8. & Cl. Major. diſſ. de cancris putrefact. §. 27. (*m*) de ſevera veterum animadverſione in cœlibes vid. Plutarch. in Lycurg. Scalig. L. III. Poet. c. 100. & Gucvarr H. P. p. m. 221.

Præclarum factum! sed fac, tibi nunc quod agendum est,
filius herois ne mala noxa siet.

Anno MDXXXI. Vacca post vitulum *bipedem* peperit etiam *corpus* informe *cornutum*. (*n*) Anno sequente obiit *Ericus*, Padebornensis Præsul, nec non Osnabrugensis & Monasterienſis simul, Dux Brunsvicensis, omni laude dignus, nisi quòd civitatem aliquando afflixerit. (*o*) At fortè irritatus pupugit. Commendatur enim ob *justitiam & pacis studium* ab omnibus. (*p*) Anno MDXXXIII. reformatio evangelica in urbe progressus habebat felices. Primus verbi divini præco erat *Joannes VVinnigstadius*, antea monachus S. Joannis prope muros Halberstad. Ord. Augustin. At mox abiit Quedlenburgum. (*q*) Eod. annô lites inter *Franciscum Hallium* & *Jodocum Hojensem*, abs *Ernesto* Luneburgico, & *Philippo* Hasso hîc dirimuntur (*r*) Anno MDXXXIV. fit permutatio Canioriæ ad S. Petr. & beneficii S. crucis Warburgi inter *Conrad. Koch* & *Henr. Frisen.* Circa hunc annum, aut sequentem, *Hermannus VVidensis*, Archiepiscopus Colon. & Episcopus Padebornens., evangelicæ religionis amicus, *Philippum Melanthonem* & *Martin. Bucerum*

1531. *Monstrum vitulinum.*
1532. *Erici Padeborn. obitus.*
1533. *Reformatio Hüxar.*
lii Franc. Hallii cum Jodoco Hojensi
1534. *permutatio cantoriæ.*
1535. *Hermanni Colonien. reformatio,*

U

(*n*) *de alio monstro eod. annô Augusti. Videlicor. ex muliere nato vide Lycosthen. de prodig. & ostentis apud Schenck. L. 1. obs. 14.*
(*o*) *vid. ann. 1511.* (*p*) *vid. Letzner. chron. Dassel. L. III. c. 29. & Bucelin. in catalog. Episcop. Padeborn., qui eum vocat* Principem pacis & justitiæ zelô nulli secundum. (*q*) Höxariæ *ad Visurgim prope* Corbeiam *primus Evangelii doctrinæ semina sparsit* Joannes Vimenstedius *&c. vide latiùs Dav. Chytræum L. XIII. Saxon. p. m. 401. Adde Joh. Letzneri hist. Ludov. pii citat. edit. c. 69. p. 174. b. ubi Pastores metro ineluſos dabit.*

Hüxariæ sacra *Kiliani* primus in æde *&c. &c.*
(*r*) *vide rursus prolixissimè Chytr. lib. & pagin. cit.*

1536. *In Theodorum.* rum, reformandæ Diœceſ. causâ, Bonnam vocat, dogmata Luteri per totum Colon. & Padeborn. Epiſcopatum diſſeminaturus, ſi per eum licuiſſet. At *Paulus* III. fulmine percuſſit & amovit eum. (*ſſ*) Annô MDXXXVI. in *Theodorum*, Prælatum quendam, ita amicus:

Grande Dei donum *es*, dona *quoq; grandia* dona,
nam Theodorus *ſic &* Polydorus *erus.*

1537. *Templa & ſchola renovata.* Anno MDXXXVII. multa renovantur in templis & ſchola ex liberalitate S. P. Q. H. Anno ſeq. *Anton. à Mönikhuſen* S. Biblia verſionis Luth. S. Kiliano donat.

1538. *Biblia Lutera.*

1539. *Libertas Corb.* Anno MDXXXIX. Padebornenſes varia tentant pro imminuenda libertate Corbeienſi. Favet eis Clerus Hüxar. Sed *Franciſcus* pro manutenentia ejus novam ſollicitabit bullam à Sede Romana.

1540. *Erici Duc. Br. obitus* Anno ſeq. obit *Ericus* Dux Brunſvicenſis Hagenauæ. (*t*)

1541. *Baptiſterium.* Anno MDXLI. Rev. Dn. *Joann. Hætegel* S. Kiliano dedit *novum baptiſterium* cum omni ornatu ſuo. (*uu*)

1542. *Reformatio Luteri.* Annô MDXLII. & ſequentibus reformatio Lutheri Clericos laicosque ex antiquo veterno ſuo excitavit, ut præter hanc nil audiviſſes amplius.

1546. *Chriſtoph. à Bevern.* Anno MDXLVI. cecidit in acie *Chriſtoph. Beveranus*, ſepultus in monaſterio Kaminatenſi. (*vv*)

1547. *Obitus Franc. Kettleri Caſp. ab Hörſel* Anno ſeq. obiit *Franc. Ketteler* Abbas, regiminis ſui annô XLIII. quod nulli ante eum contigit. *Caſparus Hörſelius*, monachus Prumienſis, poſtulatur Arnhemiô. Erat ſimplex & rectus. *Rembertus* Padabornenſis iterum

(*ſſ*) *Bucelin. German. ſacr. P. I. p. 27. ita de eo:* Hermannus, *Comes de* Weda, *ex comitibus* de Morſa, *excommunicatus tandem & pulſus ob* hæreſin Lutheranam *à Paulo III. Papa, cum tentâſſet Eccleſiam ſuam per Bucerum* deformare; (*t*) *vid. Letzner. chron. Daſſel. L. V. Part. I. p. 40. b.* (*u*) *fuit ſine dubio Abbas* Walkenriedenſis, *cujus liberalitatem commendat Letzner L. VI. chron. cit. P. I. p. 71. a.* (*vv*) *id. chron. L. IV. pag. 182. a.*

rum *subsidium charitativum* à Clero Hüx. exigit. Cùm *Henric.* junior, Dux Brunsvic, patrimonio suo exutus ob religionem esset, & *Hüxaria* hostes ejus foveret, nisque transitum in terram Brunvicensem permitteret, & insolentiùs ubique erga subditos Ducis se gereret, *Caspar. Abbas* 22. Sept. motus hosce ita sedavit, ut cives Duci læso pro damno illato 3000. nummos imperiales solverent. (x) Annô MDXLVIII. *Erasmus Witthenn.* fit Magister in alma schola *Lovaniensi*, ex qua concessit. *Senam.* Anno seq. moritur *Georg. Krusius* Med. L. in celebri Acad. *Cantabrigiensi.* Anno MDL. Luteranismo per totam Germaniam diffuso, convocabat *Karol.* V. Status Imperii Augustam Vindelicorum. Committit *Casp.* Abbas negotia monasterii sui *Justo de Dixla*, Canon. Padeb. & Osnabrug., Legato istius Episcopi, usurus operâ & ope *Remberti*, vicini Antistitis, in cohibenda reformatione urbis. At laterem lavit. Plurimi siquidem Clerici cum maxima civium turba Confessioni Augustanæ subscribebant. Et sanè cordatiores Papistæ mitiùs & rectiùs de *Lutero* judicant, laudantes conatus ejus (y) Annô seq. eôd. mense, quô superiori annô Norinbergæ & Onolsbachii magnum istud prodigium die sereno apparuit, (z) duo *cygni* aliunde venientes cum anseribus in Visurgi prœliati sunt, &, duobus ex iis occisis, conspectui

Subsidium charitativum.

Multa Hüxar.

1548. *Erasmus Witthenn.*

1549. *Georg. Krusius.*

1550. *Luteranismus*

1551. *Cygnorum & anserum pugna.*

 nostro

(x) *Conf.* Beylagen im Wolffenbüttelischen Gegenmanifest *num.* 21. *pag.* 105. *edit. anno* 1671. (y) *P. Lang. Monach. Bozavienf. Ord. Bened. in chron. Citiz. p.* 897. *edit. Pistorian. Lutherum vocat* Venerandum virum & Theologum profundissimum: prædicationem & doctrinam ejus mirabilem: Theologum nostræ tempestatis omnium facilè sapientissimum Principem. (z) *adde ex Lycosthene ad ann.* 1550.

1552. *Jus monetæ.* nostro se subduxerunt. An. MDLII. die Martini Episcopi Senatus acceptavit & constituit monetarium suum Joañ von Cöllñ / mandans ei, quos, quales & quantos cudere debeat numos probi valoris & justi ponderis. (*a*) Inde sanè & jus civitatis, & providam Senatûs curam quisque bonus viderit. Anno MDLIII. cives nostri denuò Philippo Magno Brunsvicensi pro mulcta dedisse dicuntur 3000. Joachimicos, quòd *Ottoni Malsburgio*, Mansfeldensi, tunc *Fürstenbergam* incendente, liberum transitum permiserint super pontem Wiseranum. Annô seq. natus est infans sine capite. Oculi hærebant in pectore. (*b*) Annô MDLV. mortuo *Casp. Hörselo*, Reinhardus Buchholzius, Professus, uti loquuntur, Gladbacensis, anno ætat. suæ XXX. postulatur Abbas, cùm in Collegio suo Corbeienses idoneũ reperire nõ poterant. Humanus est rerumque Westfalicarum ut amans, sic non ignarus. Minoritæ, ceu pondera inutilia, urbe ejecti, totum monasterium suum cum omnibus reditibus, documentis &c. isti *Buchholzio* tradiderunt tanquam depositum, si aliquando reducantur, abseo, seu ecclesia Corb. repetendum. Annô MDLVI. interdixit *Reinhardus* omnibus rusticis suis subgravi pœna jus braxandi, soli civitati eo relictô, quòcives eò feliciùs & faciliùs emergere, rebusque suis consulere possent. (*c*) Annô sequente in *monte Myrtillorum* renunciatur Juris utriusque Doctor *Cornelius Samlerus*, Juvenis pietate, doctrinâ, morumque elegantiâ omnibus commendandus. Annô MDLVIII. *Andreas Soth* Holschamündanus *febrem biennem*

1553. *Mulcta Hôxar.*

1554. *Monstrum.*

1555. *Reinhard. Buchholz.*

1556. *Jus braxandi rusticis interdictum.*

1557. *Cornel. Samlerus.*

1558.

(*a*) *vid. deduct. jur. & gravamin. Hüxar. in Beylagen num.* 31. *pag.* 50. (*b*) *hoc in Missnia factum narrat Schottus L. V. Phys curios. c.* 2. *p.* 573. (*c*) *confirmatur ab eodem* 1573. 7. *Maji.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [168] - 156

biennem valdeque rebellem, omnibus fruſtà adhibitis, *tribus ranunculis*, in aurora à ſe captis & voratis, ſubitò perfectèque curavit. Anno MDLIX. *VVilhelm. Trodler* Pollenſis intenſiſſimos *dolores podagricos* ex voto ſibi demulcet *ſtercore puerorum recenti* calidè circumpoſito. Quæ non reperit neceſſitas remedia? Annô MDLX. circa feſtum Pentecoſtes inſolita agmina *muſcarum* repentè nata circa littora Viſurgis viſa ſunt, quæ tandem magno cum ſtrepitu & ſuſurro in aquam ſe præcipitâ runt. Lues inſecuta *ovium porcorumq;* in urbe & vicinis pagis. Annô MDLXI. *Reinhardus* multa inſtaurat in Abbatia ſua. Bonus ſiquidem œconomus eſt. Annô MDLXII. capta eſt à luſitantibus pueris *motacilla* prorſus *nivea*. Quod amœnum Naturæ ſpectaculum omnium oculos in ſe convertit. Annô MDLXIII. in caſtro *Toneburg* habebant *corvum* cicurem ſingulas horas diuturnas nocturnasque domeſticis *crocitatû* ſuo indicantem. Perfuſus poſtea ob furtum carnis aquâ ferventiſſimâ mortuus eſt. Anno MDLXIV. beneficio & liberalitate S. P. Q.H. *gradû* potitus ſum *Magiſterii* in illuſtri Academia *Marburgenſi*.

Febris ranis curata viridibus. 1559.

& podagra mulcetur ſtercore humano. 1560.

Muſcæ inſolitæ. 1561.

œconomia Reinhardi. 1562.

Motacilla nivea. 1563.

Corvus crociatû horas indicans. 1564.

Erbenii Magiſterium.

Erbenio *titulum meruit doctrina* Magiſtri,
Erbenio, *cui mens candida linguapia.*
Dat *ſumtus* patria, *& confert* Marburga *brabeum*,
acclamat civis proſpera quæque bonus.
Erbenius *vivat*, cui Chriſti gloria finis,
ædificet patriam, lætiſ. et q. ſuos!
Paſcat oves, agnosq. tuos, Hüxaria! *Paſtor*
& ſervus qui nunc eſt, Kiliane, *tuus.*

M. Anton. Kræmer.

Annô MDLXV. dixit mihi nuper barbitonſor, ſe habere 1565.

Vermiculi formici formes.

pauperculam puellam curæ ſuæ commiſſam, è cujus *ulcere* in ſiniſtro genu enato puſilli *vermiculi* planè *formiciformes* prodirent, quorum aliquot mihi monſtravit. Annô MDLXVI. *Reinhardus* Abbas jura & privilegia urbis ſub vario & ſpecioſo prætextu accidere & imminuere conatur, non ſine cordolio civium. Sed vel ipſe Præſul auſus mutabit ſuos, vel bona noſtratium cauſa triumfabit. (*d*) Mortuo *Joanne Colonienſi*, monetario noſtro, Senatus idem munus demandavit viduæ ejus. Eodem annô XXIIX. Octobr. *Julius* Brunſvicenſis, Princeps omni laude dignus, denuò civitatem in protectionem ſuam ſpecialem ſuſcepit, uti Parens ejus *Henricus* junior, & ante hunc alii Duces longâ annorum ſerie fecerant. Quos Illuſtriſſimos Protectores diu ſervet Deus, ut nos ſervemur ſub illis! Eôd. annô *Hermann. Gebhard.* Paſtor conſtituitur à Senatu ad D. Nicol. Annô MDLXVII. vocatur *Jacobus Reutelius*, Hatzkerodanus, Paſtor hactenus ad S. Petr., Einbeccam. Eſt vir piè doctus. (*e*) Suffectus in ejus locum à Senatu *Martinus Hottbandius*. Annô MDLXVIII. *febres inſolitæ* multos afflixerunt in civitate. Annô ſequente *Joann. Engelhard* Paſtor conſtituitur ad D. Kilianum. Qui quoties ſternutat, nares ſemper aliquot guttulas ſanguinis effundunt.

1566. *Reinhardi conamina.*

Monetarius,

Protectorium Brunſvic.

Herm. Gebhard.

1567. *Jacob. Reutelius.*

1568. *Febres inſolitæ.*

1569. *Joh. Engelhard.*

Et

(*d*) *vit. lit.* Maximil. *II. ſub dat. Vienn. 29. Apr. 1568. ipſi* Reinhardo *inſcriptas, & in deduct. jurium ac gravamin. Höxar allegat. p. 18. in* Beylagen, *queis jubetur ille à novitatibus & murationibus omnibus ceſſare, uti etiam, ſubſequente tranſactione 7. Maj. 1573, privilegia civitati anno 1575. die Lunæ poſt Viti Martyr., more antiquô, ſolenniter confirmavit.* (*e*) *Conf. Letzner. chron. Daſſel. L. VI. P. I. pag. 68. b. & Part. II. pag. 90. a.*

Et hîc abrupit *Erbenius*, relinquens in extimo codicis calce hæc verba:

Chronicon hoc patriæ, ût à singulari & docto quodam amico originaliter accepi, ita fidâ manu ipsemet descripsi, descriptumq; vidimavi. Quamprimùm de eo audiit *Franciscus* Abbas, dici non potest, quàm anxiè cupiverit. At possessor mox alias atque alias obtendens excusationes, Amico *Hamelensi* securitatis gratiâ tradidit. Haud indignum esset publica luce. Prodest siquidem & delectat, nisi oculos mihi fascinet teherrimus erga patriam amor.

INDEX.

[Numerus adjectus annos designat *in margine* notatos;]
Pr. verò *præloquium* Chronici.

A.

Abbatum modernorum socordia 1174. 1340
dementia 1438
Abel (Simon) conversus Amelunxbornensis 1199
Adelbertus, Archi-Episcopus Bremensis, traxit ad se Corbeiam 1073
Abbat. Corb. epitaphium 1144
Adelgari institutum 1148
vita 1152
Ecclesia 1266
Adonais (Fridericus) 1286
Advocati Corbeienses sunt Hildesienses 1339
& Brunsvicenses 1521
Æstas sicca 1194
Agnus integer vivus voratus 1252
Alex. de Insula breviarium rerum memorabilium 1359
Alfetum 1310
Almucia 1240
Altmannus Westfalus 1085
Altare S. crucis 1433. 1152
S. Mariæ Magdalenæ 1173
aliud 1223
S. Andreæ 1365
S. Vincentii 1475
S. Annæ

S. Annæ & Viti 1476
renovatio 1345
Altaragii furtum 1489
Amelunxbornenſe monaſterium 1129
confirmatio & protectio Apoſtolica ibid.
Benefactor ejus Theodevvinus 1145
Somnium de eo notabile 1153
Abbas eſt Viſitator vallis Dei 1279
accipit S. Annæ reliquias 1398
domus ejus in horto 1426
emblema ibid.
in templo Comes Homburg. occiſus 1445
Amelunxii (Frid.) de familia ſua chronicon 1336
S. Annæ reliquiæ datæ Amelunxbornæ 1398
Anna procera 1433
Annale 1308
Anguilla viva vorata & excluſa 1209
viva in porco 1380
Annulus à corvo ablatus 1178
repertus 1325
Anſer cum roſtro ciconiæ 1213
cum pedibus piloſis 1358
incendii nuncii 1315
cum cygnis pugna 1551
Antipathiæ variæ 1335
Aporiatus 1310
Aranea rara 1370
Arnoldi Wolfii, Abb. Corb, obitus 1397
III. 1463
Artzen. comitatus 1336
Artzenii (Ludolfi) chronicon Schackenſe 1336
Aſino vectus molitor ad templum 1155
vocatur ſcriba ibid.
ominoſus 1250
pediculi contra icterum non valent 1284
caro in ſcabie 1443
Augenſis pagus 1314
Autoris candor 1148. 1174
& votum 1300
Avellana memorabilis 1362
Avis ſingularis 1452

B.

Baculus Epiſcopalis in quercû 1211
Banaretus 1160
Baptiſterium S. Kiliani 1541
Barbæ tactus vice juramenti 1131
pediculi in ea 1254
mutatio poſt mortem 1481
Barbo aculeatus 1321
Bartholdi, Epiſcopi Hildeſienſis, mors 1130
Baſilica in monte prope Ovenhuſium 1078
Beck (Simon) Corbeiam vocat Diœceſin 1527
Becker (Laur.) monachus 1418
Bellum Leoninum 1180
Hildeſienſe 1519
Benefactores S. Kiliani 1366
S. Nicolai 1398

S. Pe-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [172] - -

S. Petri 1488
Vallis Dei 1468
S. Bernhardus ſcribit Amelunxbornenſibus 1129
Biſſkop (Leonhard) 1106
Blaterius 1240
Bodonis Pyrmontani Abbat. Corb. epitaphium 1395
abit ad Cæſarem 1375
Boſeus 1161
Borgmann. (Mich.) vir doctus 1451
Braſium 1237
Brobachius (Gottſchalcus) abit in Daciam 1463
Brudatus 1244
Bruning, Abbas Eresburgenſis, 1200
Bufonis venenum 1328
à gallina excluſus 1442
in dolio cereviſiæ pleno 1371
Büffel (Henr.) turri delapſus crus fregit 1386
Bulla Honorii II. Amelunxborn. data 1129
Theodewini Epiſcopi S. Kiliano data 1145
Patrum Ciſtercienſium Valli Dei data 1260
Wedechindi Epiſcopi Mindenſis ibid.
Nicol. IV. data Abbati Amelunxbornenſi 1279
Conventûs Vallis Dei data Corbeiæ 1285
Adalogi, Epiſc. Hildeſ., 1398
Bunichonis liberalitas 1314
Bürgel (Blaſius) ſeceſſit Amelunxbornam 1180
Burgum Brunonis Elſchlebii 1152
Butyrum averſatur monachus 1248

C.

Calculus curatur erſnacco 1120
Campanarum ſonitus averſio 1335
Cancri gibboſi 1376
Canis verminoſus 1133
ſcabioſus inventor fontis 1291
ſagacitas 1358
fœderis ſignum 1396
Caninum legatum 1438
Canonici Paulini transferuntur Hüxariam 1266
ſpondent reverti ad Eccleſiam ſuam 1399
Cantoriæ Hüxar. ad S. Petr. permutatio 1534
Capellæ ſub littore fundatio 1330
unitur cum S. Petro 1355
S. Gertrudis 1491
Capilli bicolores 1481
mutantur poſt mortem ibid.
Caſp. ab Hörſel Abbas Corbeienſ. 1547
Catalla 1162
Cerdo (Albert.) Canon. S. Petri 1414
Chronicon Brackelenſe 1336
Meppenſe
Schackenſe
Visbeccenſe
Werbenſe
Gröningenſe
Aroldeſſenſe
Herifordenſe
Præpoſituræ tom rohden
Lüzichenſis
de familia Amelunxiana
} 1336

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [173] - -

Bödeccenſe 1412
Vallis Dei 1422
Amelunxbornenſe 1404
Kaminatenſe 1481
Ciconia ominoſa 1322
Clavus cordi bovino infixus 1119
Claudus ſanatus 1500
Cœcitas à vermibus 1173
Columba ominoſa 1250
duplex roſtrum 1381
Comes Hennebergicus fictus 1503
Kirchbergicus 1526
Lutterbergicus 1286
Conradi Abbatis diligentia 1174
excommunicat corvum 1178
epitaphium 1180
Conſtantinopolis capta 1453
Convivium Hüxarienſe 1286. 1431
Corbeienſe 1326. 1487
Amelunxbornenſe 1471
Cor triangulare 1212
clavus in eo 1119
hirundinum pro memoria 1351
Corbeia in Sollingo Pr.
translata ibid.
Schola jus ibid.
deſtructa 1104
celebritas ibid. 1174
curia ſolennis 1145
ſummus honor 1474
ſomnium de ea notabile 1113
cum Padeborna ſimultates 1266
miracula 1336
Abbates carminicè deſcripti ibid.
lites cum Hildeſia 1338
vaſtatio 1447
pacificatio cum Brunſvicenſi 1450
cum urbe 1301
vituperia 1146
ſtatus miſerrimus 1470
nocet Canonicis Petrinis 1484
pagi vaſtati 1510
an Diœceſis dici queat? 1525
libertas ejus 1539
ei Amelunxiani moleſti 1176
Corneliani (Jacobi) catalogus benefactorum S. Kiliani 1366
obitus 1369
Corvus ob furtum annuli excommunicatur 1178
ominoſus 1250
reperit annulum 1325
cantans 1351
crocitatû omnes horas indicans 1563
Cravveri (Melch.) deſcripſit vitam Adelgarii 1152
Croſtum 1163
Crux aurea cœlo delapſa 1146
in Luna 154
in fronte 1464
ad crucem damnati 1154
Culter in fronte natus 1442
Curtelagium 1165
Curtillum 1166
Cuſa (Nicol.) valde honorat Corbeiam 1474
Cynosbatus albus 1364

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [174] - -

Cygnorum & anſerum pugna 1551

D.

Dalemii (Abbonis) chronicon Grõningenſe 1336
tom Dahl (Stephan.) 1460
Daſſelenſis comitatus ciet lites inter Corbeiam & Hildeſiam 1338
Decimæ de lupulo 1392
Delbrugii chronicon Bödecenſe 1412
Denna quid 1171
Deus eſt πᾶν 1400
Deſſel (Joh.) fundat capellam ſub littore 1330
Diabolus gratioſus 1350
Donatio ſimplicium 1113. 1286 variæ 1157. ſeqq. 1166. ſeqq. 1170. ſeqq. 1176. 1199. 1200. 1237. 1240. ſeqq. 1274. 1286. 1297. ſeqq. 1303. ſeqq. 1403. 1416. 1421. 1448. 1476. ſeq. 1502.
Dos rara & cara 1401
Drogo Claudius 1344

E.

Ebener (Caſp.) fit monachus Amelunxborn. 1492
Eccleſia S. Pauli transfertur Hüxariam 1266
S. Adelgarii ibid.
Effigies variæ donatæ Vid. Kilian. 1154. 1107. 1426. 1428. 1527. 1109. 1110.
Elſchlebii (Chriſtophori) burgum Bruonis 1152
Engelhard (Joann.) Paſtor 1569
Enghus (M. Theod.) 1415
Epilepſia curſiva 1327
à crucifixo 1335
Epilepticus à ſanguine humano rabidus 1444
Epiſcopi & Archi-Epiſcopi è Corbeia prodeuntes 1174
Epiſcopi nuptiæ 1415
Epitaphium Sarichonis 1073
Werneri 1078
Friderici 1082
Marquardi ibid.
Erckenberti 1129
Andreæ Roſæ 1134
Folkmari II. 1138
Adelberti 1144
Jerem. Wittkopii 1151
wicboldi 1174
Conradi 1180
Wittekindi 1204
Thietmari 1208
Hugoldi 1221
Hermanni 1251
Tymonis 1271
Ottonis Janneri 1299
Henr. Homburgici 1301
Ruperti 1333
Hugonis de Albatia 1344
Claudii Dragonis ibid.
Hartmanni Oehleri 1346
& alia 1347. 1348
Lamberti Storckii 1349
Tiderici Dalwichii 1356

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [175] - -

Epitaphium Sim. Lauderi 1367
Jacobi Corneliani 1369
P. Visselbeccii senior. 1373
Cyr. Visselbeccii 1379
Annæ Visselbecciæ 1384
Josiæ Höltermanni 1395
P. Visselbeccii Jun. ibid.
Bodonis Abbatis ibid.
Arnoldi Wolfii Abb. 1397
Augustini Storckii 1405
Immanuelis Visbeccii 1406
Tiderici Abbatis 1416
Mauritii Spigelbergii 1434
Comitis Homburgici occisi 1445
Arnoldi III. Abbatis 1463
Joannis ab Indagine 1469
Hermanni II. Abbatis 1470
Matthæ Wittehenne 1472
M. Casp. Wittehenne 1473
Christophori Samleri 1493
Gregorii Wittehenne 1498
Felicis Gottmanni 1514
Erbenii Magisterium 1564
Eresburgum Speyeri 1152
altera civitatis pars venditur 1507
Erici Padebornensis obitus 1532
Brunsvicensis obitus 1540
Erckinberti Abbatis epitaphium 1129
Everstein (Mauritius) 1093

F.

Fabula de undecies mille virginibus 1164
Febris natali invadens & necans 1354
in aqua curatur 1377
& ranunculis viridibus 1558
insolitæ 1568
Festum mandibile 1168
Flegelorum Societas 1411
Floriana de Seelsen docta monialis 1290
obit 1402
Fœdus Westfalicum 1385
Bodonis Corbeiensis cum Eversteinio 1396
Folcmar. Abb. Corb. lubenter moratur Amelunxbornæ 1129
epitaphium 1138
Fons prope Werthenam casu inventus 1291
Fontanus (Conradus) 1196
Formicæ ominosæ 1250
Franciscus Kettler Abbas 1504
obit 1547
Hallii lis cum Jodoco Hojensi dirimita 1533
Fraternitas monastica 1285
inter Canonicos Petrinos & Amelunxborn instaurata 1397
S. Jacobi 1485
Fridericus Abbas 1078
Epitaphium ibid.
Frid. I. Imp. protectorium 1152
de Adonais 1286
Frigus maximum 1453
Fringilla docta 1134
Fungus agniformis 1311

G.

Gallus albus fit niger 1210
ova excludens 1355
Gemma per medium rupta mortis prodromus 1158

Gerol-

Geroldi (Petr.) rythmi templo inscripti, 1117
Giseleri Abbatis Amelunxborn. literæ ad Canonicos Petrinos 1317
Gobelini Personæ literæ ad Past. S. Nicol. 1387
Gottmann (Felix) obit 1514

H.

Hæmorrhagia ab aspectu rosæ 1334
Hakenmakeri (Christiani) vita Warini 1152
Harengus facit tremorem corporis 1363
Hardenberg. (Crato) de miraculis Corb. 1336
Hathumari vita 1152
Herbagium 1237
Henrici Moguntini mors 1152
Leonis obitus 1196
Homburgici literæ ad Florianam de Seelsen monialem in Valle Dei 1290
mors 1301
Homburgicus in templo Amelunxborn. occisus 1445
Heretagium 1172
Hermann. Abbas Corb. introducit Ord. Cisterc. Otrbergæ 1234
& Minoritas Hüxar. 1248
fieri fecit pontem super Visurgim 1249
epitaphium 1251
Stockhusii Abbatis industria 1466
mors 1470
III. discursus convivales 1487
molimina 1495
miseria 1500
Colonjensis reformatio 1535
Gebhard Pastor 1566
Heymo de Iber. 1097
Hildesienses fiunt Advocati Corbeiens. 1339
bellum 1519
Hirundinum corda ad memoriam 1351
Hocwat quid? 1178
Hödekeri (Burcardi) vita Hathumari 1152
Höltermanni (Josiæ) obitus 1395
Homburgicus Comes in templo occisus 1445
Homiliæ Kruelii in threnos Jeremiæ 1456
Hostia miraculosa 1460
Hüxori villa Pr.
ædificia ibid.
quando cœperit 1073
omina ibid.
veteris status ibid.
insignia in lapide reperta à natura sculpta 1152
incensa 1271
motus 1301
pacificatio ibid.
homagium 1418
M. Joh. de Hüxaria 1427. 1441
protectoriũ Brunsuicense 1434
1566
amicitia ejus cum Corbeia 1435
confirmatio privilegior. 1467
1482. 1512
diffidium cum Hermanno III. 1495
felicitas 1499
gloria 1500
afflicta 1517

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [177] - -

reformatur 1533
lis inter Franc. Hallium & Jodocum Hojenſem hîc diremta ibid.
mulcta civium 1547. 1553
jus monetæ 1552
jus braxandi ei reſervatur 1556
Hüxarienſium varia ſcripta 1152
Hugo de Albatia 1344
Hugold. Abbas S. Mich. Hildeſ. 1204
Abbas Corbeienſ. 1209
obit 1221
Hydrops pro ſtrena 1513
Hypocrita 1508

I.

Iber (Heymo) 1097
Icterus malè curatur pediculis 1284
Immadi Epiſcopi Padeborn. mors 1076
Imago B.V. in ponte (vide Effigies) 1307
(Joh. ab) Indagine obitus 1469
Indulgentiæ 1145. 1260. 1516
Infans in utero flens ſudat ſanguinem 1073
cum capite canino 1152
ſtercorviorus 1318
monſtroſus 1554
Iſibordi Amelunxii breviar. rerum memorabilium 1359
S. Jacobi fraternitas in Hadersberg 1485
Janner (Otto) Eques Hierofolymitanus 1299
Jejunii quadrageſimalis temti pœna 1154
Joann. ab Hüxaria 1427. 1441
Judicium extremum in curia depictum 1154
Juſtitiæ cultor Wernerus Abbas 1078

K.

Kalendarii Fratres migrant Ottbergâ 1234
Karck (Jerem.) ſcriptum de ſylva Sollingenſi 1336
Karolus IV. eſt Padebornæ 1357
Kiliani effigies data S. Kiliano 1106
vita ejus ſcripta à Semlero 1152
varia ei data 1157. ſeqq. 1176. 1200. 1237. 1240. ſeqq. 1306. 1421. 1476. ſeq. 1503. 1519.
templum renovatur 1391
Koch (Georg.) ſcriptor Padebornæ 1419
& Warburgi 1461
Kruelii (Nicol.) homiliæ in threnos Jeremiæ 1456
Krugler (Chriſtian.) incarceratur Amelunxbornæ 1345
Kuhlemann (Ambros.) carmen in S. Vitum 1274
Kruſius (Georg.) Med. Lt. 1549

L.

Lac aſininum facit mores aſininos 1120

Lago-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [178] - -

INDEX.

Lagotheta 1246
Lang Ann 1433
Lauderi (Sim.) epitaphium 1367
Lauenkuhl (Conr.) donatio 1113
Legatum caninum 1438
Lentzenmajeri tract. de Ecclesia Egidiana 1339
Lepus monstrosus 1305
in ventre bubonis 1351
in aqua captus 1372
Libellus supplex pro obtinendo Pastoratu 1214
S. Liborium se credidit mulier 1444
Lilium ex rosa 1131
rarum 1400
Linguæ ferocia plexa 1178. 1494
Literæ S. Bernhardi ad Amelunxbornenses 1129
Henrici Homburgici Abb. Corb. ad Florianam de Seelsen in valle Dei 1290
Corbeiensibus ab anonymo inscriptæ 1313
Abbatis Amelunxborn. ad Canon. S. Petri 1317
Dalvvichii Abbatis ad Præpositos de conscribendis annalibus 1337
Gobelini Personæ ad Past. S. Nicol. 1387
Eccles. Corb. Canon. Petrinos concernentes 1399
in alis papilionis 1205
Livonia conversa 1190
Loculus pulcherrimus 1346
Lucii mortis nuncii 1323
Lüchtringen (Conr.) obitus 1420
Luda urbs offertur Abbati Corb. 1221
Luna caudata 1126
crux in ea 1154
Lupus mansuetus ex vulnere 1123
Lüre (in campo) aliquot mansi 1390
Luscitas à casu correcta 1458
Luteri theses placent Canonico 1518
doctrina dilatatur 1523. 1550
biblia 1538
reformatio 1542
laudes 1550
Luttersberg (Heyso) facit Hüxariæ convivium 1286
Lüzichensis Præpositura 1336

M.

Machtia Susanna 1498
Manetium 1303
Mantwini (Ulrici) chron. Amelunxborn. 1404
Marienmünster (monasterium) fundatur 1129
Martzhusii (Engeleri) chron. de Præpositura tom Rohden 1336
promissum 1432
Marholti (Casp.) Svantovitus 1336
Marquard. Abbas fit Episcopus Osnabrug. 1082
frugalitas ejus ibid.
epitaphium ibid.

institu-

institutum ejus laudabile 1336
Matricida 1154
Mauritius Everſtein 1083
Spigelbergius 1418
obit 1434
Meinharti à Lüchtringen comp. mirabil. 1359
Melancholia mira 1444
Memoria à Venæſectione perdita 1319
reſtituunt corda hirundinum 1351
Meppia Rhedii 1336
Meuta (Adolf.) monachus 1320
Milvus panem aufert è manu 1352
Mindenſium clades 1435
Miraculum hoſtiæ 1460
campanarum 1413
Minoritarum origo Hüxariæ 1248
perſtringuntur ibid.
quidam averſatur butyrum ibid.
adverſantur Canonicis 1461
Mola lapidea Höxariæ 1330
Mollenbeckenſe monaſterium 1441
Monachorum Corb. veterum index 1174
modernorum deſidia & luxus ibid.
mendicantes omnium peſſimi 1248. & 1461
non habeant propria 1300
facetiæ 1402
Monaſterium Otbergenſe 1234
Möllenbeccenſe 1441
in Valle Dei vid. lit. V.
Marienmünſter 1129
Amelunxbornenſe ibid.
huic ſcribit S. Bernhard. ibid.
confirmatio hujus ibid.
Monetarius Hüxarienſis 1566
Monialium Ottbergenſium nomina 1234
migrant ad S. Egidium 1236
abhinc in Vallem Dei 1247
nomina earum ibid.
Monicæ ſomnium 1218
Morbus mirabiliter curatus 1334
Mors ex timido errore 1455
ex riſu 1497
prodromi ejus 1400. 1459
Motacilla nivea 1562
Mulctones 1303
Mulier ſuſpenſa parit 1389
Mus albus 1400
ominoſus 1378
Plautivorus 1530
Muſca morienti moleſta 1153
viridis monſtroſa 1368
agmina muſcarum 1560
Muſtela cum catenula argentea 1383
Mutitas à vermibus 1156

N.

Nannexen (Otto) 1088
Eduardi mors 1204
Naſus mobilis 1316
Natalis nobilitatur febri- 1354
Necrologium S. Nicol. 1398
Noctua ominoſa 1073. 1322
Nummus Warini 1186
Wicboldi 1382

O. Ob-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [180] - -

O.

Odium campanarum & panis 1335
Offertorium 1490
Omina mortis 1174
templorum varia 1250
& origo Hüxariæ Pr.
Ordinis Ciſtercienſis initium Otbergæ 1234
Oſtemannus (Steph.) 1407
Otto de Nannechſen 1068
Ovenhuſium 1073

P.

Pacificatio 1450
Panis odium 1335
Papilio memorabilis 1205
Parochi potantis pœna 1197
Partus biceps 1120
Partus cæſareus mirabilis 1454
Paſſer cornutus 1208
Patrocinium Brunſvicenſe 1434
1566
S. Paulli Eccleſiæ translatio ad S. Petrum 1266
Pediculi in barba 1254
Pedum in quercu 1211
Perdix (Joann.) 1528
S. Petri Eccleſ. 1250
ejus benefactores 1488
Piſcis monſtroſus 1462
Podagra mulcetur ſtercore humano 1559
Pons ſuper Viſurgim Hüxar. 1249
Pramm (Abrah.) 1199
Puella cum pálliolo nata 1253
Poſt mortem corrumpitur 1449
Puer canus 1329
in furno combuſtus 1386
Puerperium felix 1254
Pulices in ovo 1169
Pullus gallinaceus cum capite corvino 1165
Purgatio à prunis ſylveſtribus 1324
Pyrophagus 1386

R.

Radberg. (Joann.) 1421
Rappe (Paul.) 1439
Reiker (Caſp.) 1344
Rehkopf (Caſp.) 1429
S. Remacli ſacellum 1388
Reinhardi abbatis œconomia 1561
conamina 1566
Reutel. (Jacob) 1567
Robert. Heißbart 1100
Abb. Corb. epitaph. 1333
Roth (Daniel) 1309
Roſen (Anaſtaſia) 1237
Roſæ aſpectus facit hæmorrhagiam 1335
& ſternutationem 1363
Roſencrantz (Juſtin.) 1410
Roſmarinus ex trunco betulæ 1358
Roſtrum duplex columbæ 1381
Rottermund (Petrus) 1422
Rukslebia (Ottilia) 1503

S.

Saltberg (Eraſm.) 1240
Samler (Chriſtoph.) 1493. 1394
(Joann.) 1557
Saricho conditor Hüxariæ Pr.
epitaph. 1073

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [181] - -

INDEX.

Schate (Rotger) 1428
Schemmel (Andr.) 1243
Scherbe (Chriſtoph.) 1298
Scholæ Corbeienſ. laus 1073
deſtructio 1104. 1148
Schonbeck (Georg) 1191
Schmizii ſomnium notabile 1153
Schmurzer 1167
Schvvammer (Petr.) 1155
Sehus (Werner) 1162
Selſen (Floriana) 1290
Semler (Chriſtoph.) 1394
Sixt Hellbret 1107
Sigfrid (Conrad.) 1231
Snauckius (Joann.) 1502
Söhnbrieff 1301. 1332
Soling (Thom.) 1413
Sororum Ottberg. nomina 1234
migratio 1236
in vallem Dei 1247
nomina earum ibid.
Sperber (Matth.) 1160
Spectra nocturna 1361
Starr (Daniel.) 1155
Stellfat (Caſimir.) 1160
Stella S. Kiliani 1178
in naſo mortui 1327
Stottermanni Comm. in Heſiodum 1342
Storckii (Aug.) obitus 1405
Struma in cervice 1354
Subſidium caritativum 1498. 1547
Sudor anglicus 1529
Suſpenſus alvum dejicit 1457

T.

Talpa rubicunda 1364
Temulentus monetur 1191
Theodewini liberalitas 1145
Thietmari Abbatis Corb. obitus 1208
Tiderici, Abb. Corb., ſtudium antiquitatis. 1337
obitus 1356
II. depoſitus 1396
III. 1417
Tocker (Sim.) 1157
Triticum antipodagricum 1227
Trutta ſcabioſa 1355.
Turtures præſagiunt mortem 1459
Tymonis Abb. Corb. obitus 1271

U.

Vallis Dei datur ſororibus Ord. Ciſterc. 1247
bulla à Capitulo generali iis data 1260
confirmatio jurium & bonorum 1274
viſitator earum Amelsbornenſis 1279
benefactores 1468
Vaſtenbeck (Wilhelmi) 1360
Venenum ſtercore humano expulſum 1328
Vermis mirabilis 1156
à vermibus cæcitas 1173
formiciformes 1565
Verruca lambendo curata 1280
Vinum abſinthiacum 1446
Virgines 11000. 1164
Visbeck (Immanuel.) 1406
Viſiones nocturnæ 1146

Monicæ

INDEX.

Monicæ 1218
Visselbecc (Petri) mors 1373
vita 1395
Cyriaci mors 1379
Annæ obitus 1384
Vitulus monstrosus 1302. 1531
quatuor simul excluſi 1388
in S. Vitum carmen 1274
Voller (Thom.) 1374
Vomitus ab olla 1355
à musica 1457
Urinæ ridicula provocatio 1207
emissio ab aspectu capræ 1335

W.

Warburgum 1461
Werner, Abb. Corbeiens. 1076
epitaphium 1078
Werthenæ fons 1291
Westhemii (Herboldi) res Eresbergenses 1341
Westfalicum fœdus magnum 1385
Wicboldus Abb. Höxariam exaltat 1073
electio 1147
laus ibid.
visitat scholas & Ecclesias 1148
oratio ejus, 1150
obitus 1147
saluberrimũ mandatum 1336
nummus 1382
Wihe (Conrad.) 1451
Wilburg castrum 1177
Wisch. (Barthol.) 1178
Wittgehl (Georg.) 1481
Wittgerber (Joann.) 1110
Wittkop (Jerem.) 1151
Wittehenn (Sebast.) 1465
(Gregor.) 1467. 1440
epitaph. 1498
(Erasm.) 1548
(Caspar.) 1437. 1473
(Marthæ) 1472
Wittekind. Abb. Corb. 1190
memorabilis historia de eo ibid.
mors 1204
Episcop. Mindens. indulgentiæ S. Petro Höxar. datæ 1260
Wülbrand Abb. Corb. liberalitas 1393
poculum 1408
de Oberg 1509
Wülfin (Susanna) 1157

Z.

Zaumer (Mart.) 1296
Zengleri (Bartoldi) Comm. in Tobiam 1340
Zolck (Georg.) 1357

ERRATA.

p. 8. l. ult. leg. anat.
p. 9. l. 14. ferocem
l. 27. hepar.
p. 10. l. 24. vestræ
p. 15. l. 4. del. Ecclesiæ
p. 25. l 7. leg. porci

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [183] - -

ERRATA.


l. 9. bona
l. 21. fundator
l. 26. exuvias
l. ult. universæ
p. 26. l. 9. posteritati
p. 47. l. 7. deponit
p. 48. l. 29. Hocvvar
p. 50. l. pen. verò
p. 56. l. pen. humerosque
p. 58. in marg. mors pro morb.
p. 66. l. 24. & l. ult. Corbeiensi.
p. 70. l. 16. hortos duos
p. 72. l. 12. datæ
p. 73. l. 1. Manetium
p. 78. l. 21. Sanguinolenta
p. 85. l. 28. anate.
p. 99. l. ult. commorans
p. 116. l. 13. refer mortem Florian. ad ann. 1302.
p. 121. l. 9. refer ad ann. 1326. non 1426.
p. 129. l. 10. wicboldi
p. 133. l. 12. nunc pro pune
p. 149. l. 2. ἔφις
p. 150. l. 20. leeve
p. 152. l. antepen. petrefact.
p. 153. l. 17. Cantoriæ
p. 154. l. 16. Holt-Egel.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [184] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [185] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [186] - -


GWLB Hannover 35
036 828 998

XIII. 801.

H. Germ. II. 4

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [187] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 128, Stück 1b, [188] - -